degli accennati debiti, che può contenersi sotto il nome di dazio, o gabella; dichiarando, che simili dazj, e gabelle in avvenire debbano del tutto cessare, e si abbiano ad avere, come se mai, ed in alcun tempo state fossero imposte, e sotto le più rigorose pene; proibendo inoltre, che in avvenire con qualunque pretesto, causa, e quesito colore non possano in alcun tempo gravarsi di particolare esazione tutte le grascie, che in detta terra saranno introdotte. Perchè poi in seguito della presente disposizione nel tempo stesso, in cui mediante l'estinzione de'sopraindicati dazj, e gabelle vengono i cittadini di Montalto sollevati dai tanti pesi, da' quali si trovano gravati, si provveda con sicurezza, e con effetto all'estinzione degli accennati debiti, ai quali è sottoposta la comunità suddetta, perciò alla Nostra camera uniamo, ed incorporiamo, e dichiariamo unite, ed incorporate le rendite tutte, proventi, pesi, e debiti della comunità stessa, lasciando il tutto sotto una separata gratuita amministrazione dell'appaltatore generale dei Nostri stati di Castro, e Ronciglione, il quale prima in estinzione degli accennati debiti debba far cedere quel sopravanzo, che in seguito delle ulteriori providenze, quali colla presente Nostra cedola si danno, sarà per risultare dall'entrata, ed uscita comunitativa; ed estinti i medesimi debiti erogare intieramente, e senza che utile alcuno risulti alla Nostra camera, in publico commodo, e vantaggio il detto sopravanzo con l'intelligenza però, ed approvazione del reverendissimo cardinal Pallotta Nostro pro-tesoriere generale, e dei di lui successori tesorieri pro tempore, ai quali dovrà in ciascun anno lo stesso appaltatore generale rendere esatto conto, rimettendo al prelodato reverendissimo cardinal Pallotta, e suoi successori tesorieri pro tempore il prender norma dalla sperienza, che all'indicata distinta amministrazione verrà somministrata, ed in sequela determinare, se convenga in appresso incorporare all'appalto generale di detti stati l'azienda comunitativa con quelle condizioni, che saranno riputate eque, e ragionevoli.

§. 3. E siccome in seguito della determinata unione alla Nostra camera di tutta l'azienda comunitativa della comunità di Montalto cessano per una parte l'incombezze, e perciò cessar debbano ancora l'assegnamenti per essere stabiliti, ed in altre partite

Provisio favore potestatis a secretis, et procuratoris comunitatis

si fa luogo a variazione circa il sistema fin ora fissato nelle tabelle di essa comunità; così non avendo il podestà locale alcun assegnamento stabile, ma godendo solo di una gratificazione spontanea degli appaltatori pro tempore dello stato di Castro, e volendo Noi, che il detto podestà locale abbia un qualche certo emolumento, anche in compenso di qualunque utile, che da tal cambiato ordine delle cose potesse egli perdere giammai, ordiniamo, e comandiamo, che nelle nuove tabelle vengano ad esso assegnati annui scudi trentasei; che rimanendo in virtù di tale unione utile l'opera del segretario, l'assegnamento ad esso fissato in tabella dovrà del tutto cessare, e per registrare i consigli dovranno accrescersi altri annui scudi quindici al podestà suddetto, il quale dovrà assumere tale incarico. Che per la stessa ragione di cessata incombenza debba cessare la carica di economo comunitativo, e togliersi da detta tabella l'assegnamento per il medesimo destinato. Che il medesimo procuratore dell'appalto generale assista gratuitamente la comunità in tutte le di lei cause, risparmiando in tal forma l'annua somma per l'onorario al procuratore di essa comunità assegnato.

§. 4. Che provvedendosi la maggior parte della popolazione di Montalto, come dipendete dall'appaltatore del forno dell'appalto, resti tolto, e soppresso il forno comunitativo, lasciando i particolari in libertà di fabbricarsi il pane in casa per uso proprio, e dei domestici con mensual mercede condotti; che il provento del publico macello si affitti secondo il solito, e dal detto reverendissimo cardinal pro-tesoriere, e suoi successori tesorieri pro tempore si stabilisca il prezzo delle carni nella maniera stessa, che si pratica negli altri luoghi dello stesso stato di Castro: che a ciascuno sia lecito, anco per mezzo di altri vendere a minuto il vino delle vigne di Montalto, senza però encinare, o vendere altro oltre il detto vino, tenendo in ciò le dovute cautele dirette a garantire l'interesse camerale. Che similmente sia permesso ad ognuno liberamente introdurre in Montalto il vino forastiere a fiaschi, per uso proprio per altro, e senza che sia permesso il vederlo.

§. 5. E perchè non intendiamo, che le presenti disposizioni alterino in alcuna maniera quei diritti onorifici, e quei comodi, che hanno goduto fino

ad ora i contadini di Montalto, che anzi debbano continuare a godere con maggior vantaggio tanto in rapporto alle loro persone, quanto relativamente all'ampliamento dell'agricoltura; perciò ordiniamo, che al consiglio rimaner debba l'elezione dei predicatori, medico, chirurgo, maestro di scuola, procaccio, barbiere, e moderatore dell'orologio, come pure l'elezione dei graseieri, e maestri delle strade, e che il capo priore pro tempore resti incaricato della direzione delle feste comunitative con le già fissate provisioni, ed assegnamenti.

§. 6. Vogliamo ancora, che i cittadini per la maggior parte dell'anno domiciliati in Montalto, e che vi tengano casa aperta con ministero, continuino a godere con il loro bestiame i pascoli della macchia Banditella pagando la solita fida d'inverno; e procedendo Noi col favore dell'agricoltura sostenuto da ogni legge, ordiniamo, che ai cittadini, ne quali concorrono le riferite circostanze si aumenti fino a rubbie cinque per ogni cento bestie grosse la facoltà di restringer terreno in detta macchia Banditella a titolo di mandra; e con lo stesso principio vogliamo inoltre, che le bestie affidate in detta macchia possano pascolare liberamente nei due campi Morto, e Scala, eccettuati però in ogni tempo i pascolari de'bovi di essi campi.

§. 7. Siccome poi una delle Nostre principali cure, che ci ha fatto venire nelle presenti disposizioni si è la popolazione della terra di Montalto, così dichiariamo, che come cittadini all'effetto degl'indicati privilegi di fida, e mandra, e di altri qualunque non debbano considerarsi tutti quelli, quali godono della cittadinanza di Montalto, ma soltanto riputarsi tali quelli, che o nella maggior parte dell'anno saranno domiciliati in detta terra, o vi terranno casa aperta, con ministero. Incarichiamo pertanto il reverendissimo cardinal Pallotta Nostro pro-tesoriere generale, comunicando ad esso privatamente tutte, e singole facoltà necessarie perchè riformi economicamente l'elenco de'cittadini di essa terra di Montalto, determinando quelli, che dovranno in appresso godere de'privilegi sopra espressi, e ponendo tutti gli altri nella classe de'cittadini semplicemente onorifici. E giacchè con la presente Nostra disposizione abbiamo avuto fermamente in mira di dare un sistema stabile, e pacifico agl'interessi di quella comu-

Reservatio juris pascenti in nemore Banditella

Designatio eorum quibus favore jura que libet fuere reservata

Suppressio redemptionis proventuum comunitatis

Confirmatio jurium honorificorum

nità, tanto che le di lei entrate non vadano più, come pur troppo è accaduto in passato, a dissiparsi: e dispendersi in sostenere dispendiosi litigi: quindi abbiamo voluto farci tutto il carico della lite, che verte da gran tempo tra la comunità, e la Nostra camera sulla pertinenza della macchia denominata la Pescia, su di cui la medesima comunità pretende di avere il diritto di pieno dominio.

Compositio litem pendentium super iure pascendi et lignandi

§. 8. Esamidando nello stato estrinseco l'affare abbiamo avuto a calcolo il decreto di monsignor tesoriere emanato li 31 agosto 1753 con cui in seguito della pretesione eccitata dalla comunità sopra il diritto di pascere, e di legnare in essa macchia si era ordinata la suddelegazione del giudice in partibus per descriverne i confini, ed elevarne la pianta: decreto, che per la appellazione ammessa dalla piena camera rimase senza effetto; abbiamo similmente avuto in considerazione le risoluzioni della stessa piena camera emanate dopo riassunta dalla comunità la lite sopra la manutenzione nel preteso possesso di pascere, e legnare mediante monitorio spedito li 23 maggio 1761, e relativo alla concordia dei 18 marzo 1543 una delle quali sotto il dì 5 luglio 1765 con cui a relazione del reverendissimo cardinale Acquaviva allora uno de'chierici del tribunale della camera si rescrisse» *dilata, et videatur de bono iure etiam ad effectum manutentionis*» e le altre due a relazione di monsignor Gregorj altro chierico di detto tribunale emanate li 7 giugno 1773 con la prima delle quali si definì» *constare de bono iure communitatis etiam ad effectum manutentionis*», e con la seconda si decise» *substineri venditionem lignorum, et non esse locum restitutionis pretii*» qual vendita cadeva sopra gli alberi di essa macchia Pescia; risoluzioni tutte, dalle quali la piena camera sotto il dì 13 settembre detto anno 1773 avendo accordata la nuova udienza, non hanno avuto ulterior corso per essersi arrestata la lite. Nel tempo stesso per altro avendo voluto internarci nell'intrinseco dell'affare con discuterne le sostanziali circostanze sulla traccia specialmente delle nuove nozioni dopo le accennate risoluzioni acquistate abbiamo rilevato, che la concordia del 1543 con i doganieri del patrimonio, al di cui affitto di quel tempo andavano unite le terre di Montalto, alla quale come sopra si ebbe dalla comunità di Montalto relazione dell'

accennato monitorio, e che con Breve dei 7 maggio detto anno dalla fel. mem. di Paolo III. Nostro predecessore fu confermata, altro non attribuisce ai cittadini, e uomini di Montalto, se non che una servitù attiva di pascere, e di legnare in certi determinati tempi con certe leggi, e con distinzione di qualità di animali nella tenuta della Pescia identificata per tale dai confini in essa concordia indicati; in vista di che rimane escluso il dominio del fondo, che a quegli il quale n'è il padrone non serve giammai, verificandosi appunto la servitù nel fondo di altrui spettanza. Abbiamo riconosciuto ancora, che i contratti fatti dalla comunità relativamente alla suddetta macchia in varj interpolati anni incominciando dal 1610 sino al 1643 gli ultimi de'quali sono a favore dei doganieri del patrimonio, altro non portano seco, se non che per sovvenire ai bisogni della comunità si vendeva il diritto civico di pascere nella macchia Pescia secondo il solito, qual solito viene dichiarato dagli atti precedenti delle risoluzioni consiliari del 1599, e 1607 in cui si delibera la vendita del jus, che avevano i cittadini di Montalto di pascere nella Pescia. E di qui abbiamo riconosciuto essere addivenuto, che resasi successivamente stabile la cessione di tal diritto a favore degli affittuarj de' terreni camerale compresi successivamente nell'appalto dei Nostri stati di Castro, e Ronciglione, la comunità non è più venuta a simili vendite, ed in corresponsività a favore di questa l'appalto generale corrispondente la somma di annui scudi cento cinquanta per pascolo della spiga del territorio, ghianda, e corgnola della macchia Pescia. Nel qual stato di cose, quantunque le ragioni della Nostra camera siano esclusive del preteso dominio presso la comunità di Montalto di essa macchia, e quel diritto, che ci avevano i cittadini resta di già compensato mediante l'annuo pagamento nell'indicata somma per lunga serie di anni continuato; tuttavia volendo Noi togliere affatto la suddetta lite ancora con vantaggio di detta comunità, cui pare in questo vogliamo far godere un tratto della Nostra liberalità, ordiniamo, che in avvenire la Nostra camera e per essa i di lei appaltatori pro tempore dello stato di Castro siano tenuti ed obbligati di accrescere alla prestazione di scudi 150, che dal principio del secolo corrente fino a questo giorno hanno pagato in cadaun anno a det-

ta comunità per pascolo della spiga del territorio, ghiande, e corgnola della macchia Pescia, l'annua perpetua corrisposta di altri scudi centocinquanta, tanto che in avvenire si debba pagare alla medesima comunità scudi trecento moneta in ciascuna'anno, de' quali essa debba restare contenta, e soddisfatta per ogni, e qualunque preteso diritto, ragione, ed azione, che potesse, e possa competergli sopra la suddetta tenuta, e macchia Pescia, tantochè da questo giorno in appresso, ed in perpetuo tutta la tenuta, e macchia suddetta debbano spettare, essere, e riputarsi di pieno, perpetuo, e libero dominio di detta Nostra camera, non ostanti li surriferiti Brevi di Paolo III. Nostro predecessore, a cui per quanto fa di bisogno, ed in quella parte, che è contraria al presente Nostro moto proprio espressamente deroghiamo, le succedute risoluzioni della piena camera le quali tutte Noi togliamo di mezzo, e totalmente le abroghiamo, e la predetta, e qualunque altra pendenza di lite, la quale si abbia affatto per abolita, tolta, ed estinta, come Noi con questo Nostro moto proprio, e valendoci della Nostra suprema pontificia potestà affatto la togliamo, estinguiamo, e del tutto l'aboliamo, volendo, ed ordinando che alla comunità, e uomini di Montalto non resti sulla suddetta tenuta, e macchia Pescia alcun altro diritto, azione, e ragione, se non se quello di esigere ogn'anno dalla predetta Nostra camera, e suoi assittuarj la predetta annua corrisposta di scudi 306 in tutto, e per tutto nella forma di sopra stabilita.

§. 9. Relativamente poi a tutte le disposizioni contenute in detto presente Nostro moto proprio vogliamo, che si formino le nuove tabelle di entrata, ed uscita della comunità di Montalto, correggendole nelle parti riformate; e nel tempo stesso in cui non intendiamo, che in seguito di tali Nostre disposizioni puoto rimanga pregiudicato alla giurisdizione della congregazione del Buon Governo per le cause giudiziali, che gli possono appartenere in seguela della nota costituzione del fel. mem. di Benedetto XIV. glorioso Nostro predecessore, ordiniamo, che al reverendissimo card. Pallotta Nostro pro-tesoriere generale, ed a' suoi successori tesoriere pro tempore privatamente appartenere debba la disposizione economica dell'azienda di detta comunità.

§. 10. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non sia ammessa, nè registrata ne'libri della Nostra camera secondo la Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, vaglia e debba aver sempre in ogni futuro tempo il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre di surrezzione, orrezione, nè di alcun altro vizio, e difetto della Nostra volontà, ed intenzione; e che così, e non altrimenti debba sempre giudicarsi, definirsi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, benchè collegiale, togliendo loro ogni facoltà, ed autorità di giudicare, ed interpretare diversamente, e sin da ora dichiariamo nullo, ed invalido quanto si giudicasse, interpretasse, e facesse in contrario, ancorchè non ci sia stato chiamato, citato, nè sentito, nè ci abbiano prestato l'assenso monsignor commissario della Nostra camera, le comunità, università, loro uomini consiglieri, e difensori tanto universalmente che singolarmente, non ostanti la citata Bolla di Pio IV. Nostro predecessore de registrandis, la regola della Nostra cancellaria de jure quasi-tolendo, e qualsivogliano altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de'Nostri predecessori, con qualsivoglia clausole, insolite, e derogatorie, e delle quali abbisognasse farne individua menzione, usi, stili, e consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e supplando Noi con la pienezza della Nostra potestà ad ogni vizio, e difetto, che potesse mai anche sostanziale in avvenire incontrarsi all'effetto suddetto pienamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 8 aprile 1778

Clausulæ salutaros, et irritantes.

Pius Papa VI.

Præservatio jurisdictionis congregationis Boni Regiminis in causis contentiosis

Dat. die
9 Aprilis
1778
Anno IV.

CLXIV.

Confirmatio suppressionis jurisdictionis abbatis sanctæ Mariæ de Rambona, et sancti Laurentii in Doliolo.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Dilecto filio vicario venerabilis fratris Nostri episcopi Tolentini in spiritibus generali salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium

Decet Nos ea, quæ a Nobis, et Romanis pontificibus prædecessoribus Nostri provide, opportuneque approbata fuerunt, pro majori illorum subsistentia, et validitate apostolico munimine roborare, aliaque ad divini cultus incrementum tendentia utiliter disponere, prout arbitramur in Domino salubriter convenire. Sane pro parte dilecti filii Nostri Marii tituli sancti Augustini Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Marescoschi nuncupati, qui, ut accepimus, unum sancti Laurentii in Doliolo nuncupatum in suburbio civitatis sancti Severini, ac alia duo invicem perpetuo canonice unita monasteria sancti Eustachii, et sanctæ Mariæ de Rambona respective nuncupata Camerinensis, et Maceratensis respective diocesis sancti Benedicti, seu alterius respective ordinis in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis ad præsens obtinet, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias felicitis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suam constitutionem, quæ incipit = *Supremi pastoris officium* etc. sub datum decimo kalendas maii pontificatus sui anno octavo editam, jurisdictionem pro tempore existentis abbatis commendatarii dictorum monasteriorum apostolica auctoritate perpetuo suppressit, et extinxit, ac portionem domus abbatialis dicti monasterii sancti Laurentii tunc existentis episcopo sancti Severini dicta apostolica auctoritate, etiam perpetuo concessit, et assignavit, eidemque tunc existentis episcopo sancti Severini facultatem transferendi ecclesiam cathedralem sancti Severini ad ecclesiam abbatialem dicti monasterii sancti Laurentii, et in ea erigendi ex octo cappellaniis ad nutum ipsius pro tempore existentis abbatis commendatarii dicti monasterii sancti Laurentii amovibilibus, unam ex eis

Narrat quæ
sua præcedenti
constitutione
sancti Benedicti
XIV.

videlicet, cujus fructus certi viginti novem, una vero cum incertis quadraginta unius ducatorum auri de camera valorem annuum non excedunt in vicariam perpetuam pro uno presbytero vicario perpetuo, cui cura animarum immineret, et qui hujusmodi curæ exercitio dumtaxat vacare deberet, ex reliquis vero septem cappellaniis hujusmodi singulis valorem annum viginti quatuor ducatorum auri similium non excedentibus totidem canonicatus, vel præbendas, aut alia beneficia ecclesiastica perpetua, et collativa, mansionarias forsan, aut beneficiatus nuncupanda servitiis ejusdem cathedralis ecclesiæ perpetuo addicta, ac cum reservatione eorum nominationis favore dicti abbatis commendatarii, exceptis tamen dicta vicaria perpetua, et uno ex prædictis canonicatibus, sive præbendis, quarum nominatio favore pro tempore existentis episcopi sancti Severini reservata extitit, cessantibus tamen reservationibus, et effectibus apostolicis, eadem apostolica auctoritate concessit, et impartitus fuit. Quia vero post translationem domini dictæ ecclesiæ abbatialis, et prædicti monasterii sancti Laurentii vigore dictæ constitutionis ad tunc existentes episcopum, et capitulum sancti Severini introducta fuit causa in congregatione venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita super reparatione dictæ ecclesiæ cathedralis sancti Severini ad pristinam ecclesiam sancti Severini inter tunc existentes episcopum, et capitulum sancti Severini, nec non magistratum prædictæ civitatis. Eadem congregatio, referente bonæ memoriæ cardinalis de Rubens nuncupato ejusdem causæ ponente sub die vicesima nona mensis novembris anni Domini millesimi septingentesimi sexagesimi quinti, visis videndis, consideratis considerandis, censuit rescribendum, prout rescripsit: *Quoad translationem pro reductione in pristinum, facto verbo cum sanctissimo, et ad eminentissimum ponentem pro executione, cum omnibus facultatibus.* Et facta de præmissis relatione Sanctissimo per tunc existentem dictæ congregationis secretarium in audientia diei sexti mensis decembris ejusdem anni, Sanctitas sua resolutionem sacræ congregationis benigne approbavit. Reproposita vero causa vigore specialis rescripti Sanctissimi diei trigesimi primi mensis martii anni etiam Do-

Refert, alteram ex cappellaniis erectam fuisse in vicariam perpetuam cum cura animarum pro uno presbytero.

Lis exorta inter capitulum, episcopum, et magistratum s. Severini super reparatione ecclesiam.

Resolutio capta pro dicta reparatione a congregatione Episcoporum, et Regularium, cum successiva Sanctissimi approbatione.

mini millesimi septingentesimi septuagesimi tertii, et disputato dubio, an, et quomodo sit providendum, et consulendum Sanctissimo super novis precibus, referente eminentissimo Pamphilio dictæ causæ ponente subrogato in locum prælaudatæ bonæ memoriæ cardinalis de Rubéis: iterum visis videntis, consideratis considerandis, et partibus, tam in voce, quam in scripto informantibus auditis, reque mature perpensa, eadem congregatio censuit rescribendum, prout rescripsit sub die decima tertia mensis septembris anni etiam Domini millesimi septingentesimi septuagesimi sexti: in decisis sub die vicesima nona mensis novembris prædicti anni millesimi, septingentesimi sexagesimi quinti, et ad dominum secretarium, cum Sanctissimo pro expeditione Bullæ moderatoriæ prædictæ constitutionis dicti Benedicti prædecessoris, ut supra editæ. Et facta de præmissis relatione Sanctissimo Domino Nostro ab eminentissimo domino cardinale Caraffa prædictæ sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium præfecto in audientia diei decimi noni mensis decembris, anni etiam Domini millesimi septingentesimi septuagesimi septimi, Sanctitas sua resolutionem prædictæ sacræ congregationis benigne approbavit. Et pro hujusmodi effectu in audientia Sanctissimi habita ab eodem eminentissimo præfecto sub die decima tertia mensis martii anni currentis millesimi septingentesimi septuagesimi octavi, sanctissimus Dominus Noster inhærendo resolutionibus prædictæ sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium editis die vicesima nona mensis novembris millesimi septingentesimi sexagesimi quinti, et diei decimi tertii mensis septembris millesimi septingentesimi septuagesimi sexti prædictorum respective annorum; et perpendens, post hujusmodi translationem, quod fere derelicta remanserit prædicta ecclesia, ipsiusque ædificium episcopi, et capituli prædictorum culpa, qui huc usque nullam in eodem ædificio explerunt reparationem, ruinam minaretur, taliter ut sanctissimum Eucharistiæ sacramentum non amplius in consueto altari retineatur, sed ad aliud altare transferri debuerit, et consignatio jam in magna parte ruinam passa sit, mandavit expediri literas apostolicas moderatorias constitutionis dicti Benedicti prædecessoris, et supra editæ, videlicet.

Primo = Quod in literis apostolicis moderatoriis hujusmodi appro-

hentur, et confirmantur resolutiones prædictæ sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium pro reportatione cathedralitatis ad antiquam ecclesiam sancti Severini.

Secundo = Quod suppressio jurisdictionis abbatialis, sen nullius quæ fruebatur abbatibus commendatariis sanctæ Mariæ de Rambona, et sancti Laurentii in Doliolo confirmetur in omnibus, et per omnia ad formam prædictæ constitutionis.

Tertio = Quod pariter confirmetur dicta constitutio in omnibus, et per omnia circa disposita quoad collationem, et provisionem beneficiorum ad utramque abbatiam dudum pertinentiam, sive cum cura, sive sine cura animarum, exceptis tamen octo cappellanis ecclesiæ sancti Laurentii in Doliolo, de quibus disponendum erit, prout infra.

Quarto = Quod portio palatii abbatialis in eadem constitutione = Supremi pastoris officium = assignata episcopo, sicut et ecclesia ipsa sancti Laurentii in Doliolo, quam eadem congregatio Episcoporum, et Regularium die quinta mensis junii, anni etiam Domini millesimi septingentesimi septuagesimi secundi declaravit, spectare ad episcopum, et capitulum, restitui debeant eminentissimo abbati commendatario, et in ejus dominium redire, ad hoc ut ecclesiam prædictam, et integrum palatium abbatiale concedat monachis Cisterciensibus provincie Romanæ, ad effectum inibi erigendi monasterium claustrale cum regulari observantia sub annuo canone librarum decem cere albæ laboratæ abbati commendatario præstando, prout præstari debuisset ab episcopo, et capitulo, vigore supradictæ constitutionis Benedictinæ.

Quinto = Quod monasterium hujusmodi erigendum pertinere debeat, et subjectum esse regimini Cisterciensium provincie Romanæ, prout cætera monasteria ejusdem provincie, et in eo tot constituantur, et manteneantur monachi de familia, quot sufficere poterunt pro decenti ecclesiæ cultu ad majorem Dei gloriam, et animarum salutem, et pro regulari observantia in eo conservanda, utque consuetis regularium exemptionibus frui possint ad formam sacrorum canonum sacri concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum.

Sexto = Quod eadem ecclesia sancti Laurentii in Doliolo parochialis, ut antea habeatur, et cura animarum

supradictas resolutiones.

Confirmat suppressionem jurisdictionis abbatialis.

Confirmat item præcedentem constitutionem circa disposita, quoad collationem beneficiorum exceptis octo cappellanis ecclesiæ s. Laurentii.

Decrevit portionem palatii abbatialis episcopo assignatam in præcedenti constitutione, et ecclesiam s. Laurentii restitui abbati commendatario, ad hoc ut eadem ecclesiam cum integro palatio concedat monachis Cisterciensibus provincie Romanæ pro erectione monasterii claustralis sub annuo canone librarum decem cere albæ.

Statuit monasterium erigendum subjectum remanere regimini Cisterciensium provincie Romanæ, quod que in eo retineantur tot monachi de familia, quot sufficere poterunt pro cultu ecclesiæ pro regulari observantia cum solitis exemptionibus.

Eadem ecclesia parochialis, ut antea habeatur, et cura animarum

In nova causæ repropotione confirmata erūt rescripta resoluta, que facta a Sanctissimo approbata.

Sanctissimus inherendo præfatis resolutionibus, mandavit, expediri literas apostolicas pro moderatione præcedentis constitutionis Benedicti XIV

Approbat, et confirmat

exercitio curæ animarum facien. per unum monachum per abbatem regularem præsentandum episcopo, ut prævio examine, et approbatione, juxta stylum regularium, instituat cum subjectione illius jurisdictioni in concernentibus curam animarum.

Reservat episcopo in eadem ecclesia eam jurisdictionem, quæ de jure ei competit in ecclesiis regularium, quibus insidet cura animarum.

Mandat, ut octo cappellanis, ut supra reservatæ post obitum possessorum unitæ remaneant mensæ monasticæ, et oneribus illis adnexis.

in ea exercéatur per unum monachum prædicti monasterii eligendum per abbatem regularem episcopo præstandum, ut prævio examine, et approbatione, canonice instituat, ut moris est in similibus parochiis regularium cum debita ejusdem parochi subjectione jurisdictioni, et correctioni episcopi in concernentibus curam animarum prout de jure.

Septimo = Quod episcopo in eadem ecclesia non alia competat jurisdictione, quam illa, qua de jure fruuntur episcopi in ecclesiis regularium exemptorum, quibus imminet cura animarum.

Octavo = Quod octo cappellanis amovibiles ecclesiæ sancti Laurentii in Doliolo, quæ dudum spectabant ad liberam dispositionem abbatis commendatarii, quæque vigore supradictæ constitutionis = *Supremi pastoris officium* = ab episcopo erectæ fuerunt, una in vicariam curatam perpetuam ejusdem ecclesiæ, duæ in præbendas canonicas, et quinque in totidem mansionarias cathedrales post obitum possessorum eas nunc obtinentium unitæ, et incorporatæ eo ipso remaneant mensæ monasticæ dicti monasterii, et monachorum prædictorum, qui et curam animarum, ut supra exercere, et onera eisdem cappellanis incumbentia in prædicta ecclesia sancti Laurentii in Doliolo adimplere teneantur. Si igitur, sicut eadem petito subjungebat, octo resolutiones prædictæ ab eadem congregatione, uti præfertur, emanatæ per Nos ut infra perpetuo confirmarentur, ac ex nunc, prout ex tunc, et e contra cum primum vicaria prædicta, et dictæ duæ præbendæ canonicas, nec non quinque mansionariæ prædictæ prævia illius, et illarum respective tituli collativi suppressione, et extinctione cum omnibus, et singulis illius, et illarum respective bonis, et fructibus, redditibus, et proventibus infrascriptæ mensæ conventuali infrascripti monasterii per se ut infra erigendi per Nos, et Sedem apostolicam, ut infra etiam perpetuo unirentur, annecterentur, et appropriarentur, ex hoc profecto decentiori ecclesiæ cultui, et animarum Christianissimum salutem opportune consultum foret. Quare pro parte dicti Marii cardinalis, qui monasteria præfata, in præfatam commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis hujusmodi, ut præfertur, obtinet, quique juxta quartam resolutionem dictæ congregationis in dictæ ecclesiæ præfati monasterii sancti Laurentii, ejusque

palatii abbatialis respective possessionem restitutus fuit. Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus, sibi in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri teneantur exprimere verum annuum valorem secundum communem æstimationem, tam beneficii univerti, quam illius, cui uniri petitur, alioquin unio non valeret, et in unionibus semper commissio fieret ad partes eidem Mario cardinali specialem gratiam facere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ attento, quod, ut dictus Marius cardinalis asserit, venerabilis frater Noster modernus episcopus Tolentini ordinarius vicinior existit, per apostolica scripta mandamus, quatenus octo resolutiones prædictas ab eadem congregatione, ut præfertur emanatas, et in eis contenta quæcumque, pro cujus quartæ resolutionis adimplemento ipse Marius cardinalis, et commendatarius futuris, et pro tempore existentibus abbati, et monachis ordinis Cisterciensium dictæ provinciæ Romanæ prædictam ecclesiam dicti monasterii sancti Laurentii, illiusque integrum palatium ad effectum inibi, juxta dictam quartam resolutionem monasterium claustrale cum regulari observantia per te, ut infra erigendi sub infrascripto annuo canone, ut infra præstando concedit, et assignat, auctoritate Nostra apostolica perpetuo confirmes, illisque perpetuæ inviolabilis, et irrefragabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicias, dictasque octo resolutiones hujusmodi, ut præfertur emanatas ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari, et adimpleri, nec ab illis ullo unquam tempore resiliari, aut recedi debere dicta auctoritate Nostra decernas, nec non vocatis qui fuerint ad id evocandi vicariam prædictam, ac dictas duas præbendas, ac quinque mansionarias præfatas ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illam, et illas per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum, seu privationem, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, et illam, ac illas nunc respective obtinentium personis, aut alio quovis modo etiam apud Sedem apostolicam prædictam etiam in aliquo ex mensibus Nobis etiam Romano pontifici pro tempore existenti, Sedique præfate per quas

Approbando supradictas octo resolutiones committit abbati commendatario, sive episcopo Tolentini mandet illorum observantiam, plenamque executionem.

Cum derogatione constitutionum apostolicarum in contrarium dispositum.

cumque constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas editas, vel edendas, aut alias quomodolibet reservatis, seu ordinariis collatoribus, etiam per constitutiones, et regulas easdem, seu literas alternatarum, aut quævis alia privilegia, et indulta hactenus concessa, et in posterum concedenda competentibus vacare contigerit, etiamsi actu nunc, ut præfertur, aut alias quovis modo, quem etiamsi ex illo, quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus haberi volumus pro *expresso*, aut ex aliorum quorumcumque personis, seu per liberam dictam vicariam, ac dictas duas præbendas, nec non quinque mansionarias præfatas nunc respective obtinentium, vel quorumvis aliorum resignationes de illa, et illis in Romana curia, vel extra eam etiam coram notario publico, et testibus, sponte factas, aut assequitionem alterius beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati vacant, etiamsi tauto tempore vacaverint, quod ejus, et earum collatio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem prædictam legitime devoluta, dictaque vicaria, ac dictæ duæ præbendæ, necnon quinque mansionariæ prædictæ dispositioni apostolicæ specialiter, vel alias generalibus reservata, et reservatæ existant, et super eis, inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro *expresso* pendeat indecisa, dummodo ejus, et earum dispositio ad Nos hac vice pertineat, illisque, ac illarum respective titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam vicariæ collativæ, ac præbendarum, et mansionarum collativarum, et uti tales quavis auctoritate conferri, de illa, et illis, et quoad vicariam prædictam, etiam prævio concursu quovis modo disponi amplius respective nequeat, et si illam, ac illas ullo unquam tempore conferri, aut impetrari vel alias de illa, et illis disponi contingerit collationes, impetrationes, et quævis aliæ dispositiones de illa et illis quomodolibet faciendæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant eadem auctoritate Nostra, etiam perpetuo supprimas, et extinguas, ac vicariam præfatham, dictasque præbendas, nec non mansionarias hujusmodi sic per te supprimendam, et extinguendam, ac supprimendas, et extinguentes cum omnibus, et singulis illius, et illarum respective po-

nis, rebus, et proprietatibus, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis futuræ mensæ conventuali infrascripti monasterii per te, ut infra erigendi ita, quod liceat dictis futuris, et pro tempore existentibus abbati, et monachis infrascripti monasterii per te ut infra erigendi eorum, ac ipsius futuræ mensæ conventualis nomine per se, vel alium, seu alios dictæ vicariæ per te, ut præfertur supprimendæ, et extinguentæ, ac dictarum præbendarum, ac mansionariorum per te ut præfertur supprimendarum, et extinguendarum, illiusque, ac illarum, respective bonorum, rerum, ac proprietatum, fructuum, reddituum, et proventuum, jurium, obventionum, et emolumentorum prædictorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, dictaque bona, res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, administrare, illorumque fructus, redditus, proventus, et emolumenta prædicta percipere, exigere, levare, et in manutentionem futurorum monachorum infrascripto monasterio per te ut infra erigendo recipiendorum convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, supportatis tamen per futuros, et pro tempore existentes abbatem, et monachos infrascripti monasterii per te ut infra erigendi omnibus, et singulis dictarum octo cappellaniarum oneribus auctoritate Nostra prædicta sine alicujus præjudicio etiam perpetuo unias, annexas, et incorpores. Nos enim si confirmationem, suppressionem, extinctionem, unionem, annexionem, et incorporationem hujusmodi, aliaque præmissa per te præsentium vigore fieri contigerit, ut præfertur, easdem præsentibus nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut quopiam alio defectu impugnari, seu alias quomodolibet infringi, retardari annullari, seu per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, ac Sedem apostolicam prædictam seu prædictæ S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, vel quosvis alios quavis auctoritate suagentes revocari, suspendi, restringi, limitari, ad viam, et terminos juris reduci, seu adversus illas restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, vel facti

mensæ monasticæ supradicti monasterii

Jus tribuit locandi bona de præbendarum, etque a ministrantibus, et fructus omnes percipiendi cum supportatione onerum earumdem cappellaniarum.

Prævia etiam suppressione supradictæ vicariæ, ac præbendarum, et assignatione illarum fructuum et reddituum

Clausula derogatoria, et irritantes

aut gratiæ remedium impetrari, seu in illis in aliquo derogari, aut quidquam aliud in contrarium disponi nullatenus umquam posse; nec illas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus etiam, ut præfertur, vel alterius quomodolibet etiam per cancellariæ apostolicæ prædictæ regulas, aut constitutiones apostolicas pro tempore factis, et faciendis comprehendere, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacunque posteriori data per dictos futuros, et pro tempore existentes abbatem, et monachos infrascripti monasterii, per te ut infra erigendi quodcumque eligenda concessas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos tunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari. Sicque, et non alias per quoscunque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolice auditors prædictæ S.R.E. cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios prædictos in quacunque instantia iudicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; & insuper eidem discretioni tue per eadem apostolica scripta mandamus, quatenus te unum monasterium claustrale ordinis Cisterciensium provincie Romanæ in eadem ecclesia sancti Laurentii cum regulari observantia sub anno canone libram decem cere albæ laboratæ dicto Mario cardinali moderno, et pro tempore existentibus dicti monasterii per te ut infra erigendi abbatibus commendatariis præstando juxta dictam quartam resolutionem prædictæ congregationis eadem auctoritate Nostra erigas, et instituas, ipsumque monasterium, sic per te, ut præfertur erigendum, et instituendum pertinere debere, et subiectum esse regimini monachorum Cisterciensium provincie prædictæ, prout cætera monasteria ejusdem provincie, et in eo tot constitui, et manuteneri debere monachos de familia, quot sufficere poterunt pro decenti ecclesiæ cultu ad majorem Dei gloriam, et animarum dilectorum filiorum Christifidelium, salutem, et pro regulari observantia in eo

Dispositio constitutionis pro erectione monasterii.

conservanda, et consuetis regularium exemptionibus ad formam sacrorum canonum, et decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum frui posse, ac alias juxta tenorem dictæ quintæ resolutionis ejusdem congregationis auctoritate Nostra prædicta decernas, non obstante voluntate prædicta, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ præfate regula de jure quesito non tollendo, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis, fieri prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ sancti Severini, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indulgis et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, et inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide ad præmissorum validissimum effectum harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod vicariam prædictam dictasque duas præbendas, nec non quinque mansionarias prædictas ad præsens respective obtinentes in præjudicium dictæ unionis in manibus Nostris, seu Romani pontificis pro tempore existentis, vel cujusvis alterius, aut etiam coram notario publico, et testibus, vel alias quomodolibet ad quarumcumque personarum favorem etiam ex causa permutationis resignare non possiat, et quatenus illam, et illas resigneat, resignationes hujusmodi, non ad resignationem, sed ad ejusdem unionis, et prædictæ mensæ conventualis fa-

Clausula quarum tenores

vorem, et commodum factæ sint, et esse censeantur eo ipso.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo octavo, quarto idus aprilis pontificatus Nostri anno quarto.

Dat. 10.
aprilis 1778
Anno III.

CLXXV.

Publicatio indulgentiarum assequendarum occasione capituli generalis celebrandi a monachis ordinis Cisterciensis s. Gaudentii in civitate Ariminensi

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum, sicut accepimus, capitulum generale monachorum ordinis Cisterciensis congregationis reformatæ s. Bernardi in ecclesia monasterii s. Gaudentii civitatis Ariminensis præpediem benedicente Domino celebrandum sit: Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis monasteriorum monachorum hujusmodi ubicumque existentem die, quo inchoabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac s. Matris Ecclesiæ exaltatione piâ ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris.

§. 2. Volumus autem, ut, si pro inspectione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel

Bull. Rom. Tom. VI.

minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, neque earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici inscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die x. aprilis MDCCLXXVIII pontificatus Nostri anno quarto.

CLXXVI.

Dat. die
10. julii
1778
Anno IV.

Remissio voti, ut episcopatus summi possit a Joanne Damasceno a SSma Conceptione ordin. fratrum eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum professore.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum Nos, ecclesiæ Pechinensi in Indiis pastoris solatio ad præsens destitutæ, tu qui habitum per fratres ordinis eremitarum s. Augustini excalceatorum nuncupatorum gestare solitum suscepisti, et professionem per eosdem emitti consuetam expresse emisisti regulares, ob tuorum exigentiam meritum in episcopum, et pastorem præficere intendamus.

§. 2. Et sicut accepimus, in quartum votum per eosdem fratres emitti solitum, de non acceptanda quacumque dignitate, extra tuam religionem, nisi id tibi sub præcepto obedientiæ a Romano pontifice injungatur juxta constitutiones ipsius ordinis auctoritate apostolica confirmatas emisseris, ac juramentum ea super re præstiteris.

§. 3. Nos sperantes se dictæ ecclesiæ Pechinensi in Indiis, si illi in episcopum præficiaris, plurimum utilitatis allaturum, teque proinde specialis favore gratiæ prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existis ad effectum præsentium tantum

Electio in episcopum

Voti tenor

Tenor dispensationis.

Tenor concessionis, et designationis operum præstandorum pro consecutione indulgentiarum.

Irritationes, et fides habenda transumptis.

consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore consentes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius, pro te nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, et maturâ deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine tecum super quarto voto, ita ut illo non obstante, te eidem ecclesiæ Pechinensi in Indiis in episcopum, et pastorem a Nobis præfici, illique præesse libere, et licite possis, et valeas tenore præsentium dispensamus, votumque, et juramentum hujusmodi tibi ad effectum prædictum relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, etiam conciliaribus, nec non dicti ordinis juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die x. julii MDCCLXXVIII. pontificatus Nostri anno quarto.



CLXXVII.

Dat. die
22. julii
1778.
Anno IV.

Reprobatio, et damnatio electionis pseudo episcopi Harlemensis facta a pseudo archiepiscopo Ultrajectino inflicta censuris ecclesiasticis ipso facto incurrendis.

Dilectis filiis universis catholicis in fœderato Belgio commorantibus.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **P**lane cognitum vobis, ac perspectum esse debet, dilecti filii, ex sa. me. Benedicti XIV. sapientissimi prædecessoris Nostri literis in forma Brevis primum die 26 junij 1745 tum die 28 augusti ejusdem anni ad vos datis, Joannem Van-Stiphout pseudo episcopum Harlemensem, et illegitime electum ad eam ecclesiam, et sacrilege deinde fuisse consecratum. Atque is ab eo tempore in tam diuturno plusquam triginta annorum spatio, cum aliquando resipiscere ipsisque, in quas inciderat, censuris admoneri de deponenda contumacia, ac de ingredienda penitentia via debuisset, in suo perstitit schismate: ac tandem præterito decembri mense ex hac vita ad districtum Domini subeundum iudicium emigravit. Dissimulare profecto non debemus paternum animum Nostrum non mediocri commotum fuisse commiserationis sensu de hoc illius, etsi dissensionis filii, funesto atque infelici vite exitu, valdeque doluisse, quod non ante a pertinacia sua, quam a vita decessisset. Sed utinam tandem hic ejusdem obitus in Harlemensi ecclesia finem tantæ tamque pervicacis a catholica unitate secessionis afferret.

Pseudo episcopi mors in schismate obventa lachrymatur.

§. 2. Verum quanto id magis optandum est Nobis, tanto longius abesse jam videmus, atque ab exciso illo silvestri trunco novum repululare stipitem, ac ejus jam inveteratæ inobedientia, et defectionis exemplum renovari intelligimus; ipseque Gwaltherus Michael Van - Niewenhuylen Ultrajecti pseudo archiepiscopus, ejusque factionis Antesignanus, qui jam ab anno 1768 apostolicæ Sedis auctoritate excommunicationi subjectus, ac inter schismaticos declaratus, interdicto etiam sibi omni cum ordinis, tum jurisdictionis exercitio, non apostolico

Prosecutio schismatis per novum pseudo episcopi consecrationem

hoc iudicio, non nullo conscientiae metu retentus, alium nunc ex illo suorum cœtu produxit, nempe Adrianum Broekman Culemburgi olim pseudo pastorem, eumque in Harlemensem episcopum die 13 aprilis currentis anni designavit, atque elegit; summaque præteritorum omnium dissimulatione, tanquam ipse esset in Catholicae Matris Ecclesiae sinu, quem jam magis hoc ipso dilacerare pergit, ad Nos etiam dedit literas, in quibus certiores suæ electionis reddit, ejusdemque confirmationem efflagitat. Quo id animo perlegerimus, quantum et ipsum in prava ejusmodi consilia abreptum, et cæteros in suam perniciem ipsi consentientes defleremus, quod facile vos ipsi cogitando assequi potestis, Nos certe dicendo explicare non possumus.

§. 3. Quamobrem cum jam illos, qui jam pridem misere defecerant a Nobis, adhuc in sua animi obstinatione persistere præfracte velle videamus, in dolore cordis Nostri, tamen pastoralis munere, sacrisque canonum legibus coacti, ut quos sanare non possumus, saltem ab aliis lædendis repellamus, prædecessorum Nostrorum Benedicti XIII. Clementis XII. Benedicti XIV. et Clementis XIII. vestigiis inherentes, qui paria omnes iudicia in hujusmodi rebellantium electiones, aliosque contumaces ausus exercuerunt, electionem Adriani Broekman in pseudo episcopum Harlemensem a pseudo archiepiscopo Michaeli Van-Niewenhuylen factam, nullam, inane, nefariam, illegitimam, ac sacrilegam apostolica auctoritate declaramus, eamque rescindimus, deleamus, abrogamus.

§. 4. Deinde sub pœna excommunicationis ipso facto, et sine alia declaratione incurrendæ mandamus, districteque indicimus eidem Adriano Broekman, ne ullam episcopalem jurisdictionem exercent, ne pro suscipiendis ordinibus dimissorias literas dare, ne pastores, missionarios, ministros, deservitores, aut alios quocumque nomine vocentur, ad animarum curam et sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu constituere ac deputare audeat: ac proinde, si quis per ipsius literas dimissorias ecclesiasticos ordines susceperit, se suspensum, ac propterea irregularitati obnoxium esse sciat, si susceptos ordines exercuerit. Quascumque vero auctedictorum officiorum deputationes quocumque nomine sive jam factas, sive faciendas cum omnibus inde sequutis

prorsus irritas, nulliusque momenti declaramus.

§. 5. Præterea sub eadem pœna excommunicationis ipso facto, et sine alia declaratione incurrendæ mandamus tam eidem Adriano Broekman, ne se cuiquam archiepiscopo, aut episcopo consecrandum præbeat, quam ipsi pseudo archiepiscopo Michaeli Van-Niewenhuylen aliisque archiepiscopis, et episcopis, ne eundem inaniter electum episcopum Harlemensem consecrare audeant. Has autem pœnas decernimus sine præjudicio illarum, quas tam electus pseudo episcopus, quam elector pseudo archiepiscopus noveriat se incurrisse. Hæc ad vos præcipue scribimus, dilecti filii, ut a quibus cavere debetis, per Nos ipsos, qui summam de vobis, vestrarumque animarum incolumitate curam ac sollicitudinem gerimus, intelligatis. Cæterum cum ad virtutem vestram, ad studia pro fidei veritate, ad constantiam in catholica unitate, ac apostolicæ Sedis obsequio animum Nostrum convertimus, maximum a Nobis percipi fatemur omnium, quæ ex cæterorum inobedientia inferuntur, ægritudinum solatium.

§. 6. Has ipsas animi Nostri erga vos significationes a vobis haberi volumus paternæ hortationis Nostræ loco, qua cum vos ad tuendum propositum vestrum vehementer inflammatos sciamus, minime indigere agnoscimus, ac gaudemus. Nihil tamen minus hortamur vos, ac ad id potissimum excitamus, quod christiana charitas erga ipsos fratres, qui a vobis tantopere dissident, postulare maxime videtur, ut nimirum assiduis deprecationibus omnipotentis Dei misericordiam pro illorum ad Christi Domini ovile, ecclesiæque unitatem reditu impetrare contendatis. Nos certe, quantum efficere possumus, summo in id studio incumbimus, ut et iis exoremus divini spiritus afflatum, quo a sua defectione tandem recedant, et pro vestra pietate, animi fortitudine, ac religione summas Dei benignitati persolvamus gratias, ab eoque in posterum nunquam intermissum de vobis uberrimum consolationis, ac lætitiæ Nostræ cumulum habere confidamus. Quod ut ratum semper sit, cælestium munerum auspiciem apostolicam benedictionem vobis, dilecti filii, in singulare etiam paternæ benevolentiae pignus peramanter imperitumur. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 22 Julii 1778 pontificatus Nostri anno quarto.

Similis pœna adversus consecrantes novum pseudo episcopum.

Monita ad episcopos, aliosque ordinarios

Reprobatur nova hujus pseudo episcopi consecratio.

Prohibitio exercendi jurisdictionem sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ.

Dat. die
27. Julii
1778.
Anno IV.

CLXXVIII.

Facultas tributa episcopo Coccinensi in
Indiis regendi ecclesiam et diœce-
sim Goanam licet non vacantem atten-
ta episcopi absentia.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. **I**mplacabile tenebrarum prin-
cipis odium in humanum genus a mun-
di usque initio conceptum, quo non
cessat inter oves Christi laqueo venari,
ac ceu lupo circumire assiduo quem
devoret, plurimum Nos de Dominico
grege curæ Nostræ concessio jûgiter in-
spiciendo reddit sollicitos, ac per di-
versas christiani orbis regiones ita vi-
gilum custodiam pastorum circa illum
disponere Nos cogit, ut in eorum ali-
cujus de uno in alterum agrum trans-
lationis vel absentia, seu decessus even-
tum unus semper custos adsit, qui pa-
storali quoque suffultus auctoritate do-
nec proprius revertat, seu novus pa-
stor ab apostolica Sede constitutus ac-
cedat, regat, ordinet, ac ministret,
sicque hostium interim sublata formi-
dine a cunctis gregem ipsum strenue
tueatur insidiis.

Tenor concess-
ionis

§. 2. Cum itaque Nos nuper eccle-
siæ Coccinensis in Indiis orientalibus,
quæ de jure patronatus carissimæ in
Christo filia Nostræ Mariæ Franciscæ
Portugallia, et Algarbiorum reginæ
fidelissimæ, ex fundatione, vel dota-
tione, aut privilegio apostolico, cui non
est hæcenus in aliquo derogatum, fore
dignoscitur, de persona dilecti filii Emma-
nuelis a sancta Catharina electi Coccin-
ensis ad præsentationem dictæ Mariæ
Franciscæ reginæ fidelissimæ Nobis ad
id per suas literas factam de venerabili-
um fratrum Nostrorum Sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ cardinalium consi-
lio, apostolica auctoritate providerimus
ipsumque illi in episcopum præfeci-
mus, et pastorem curam, regimen, et
administrationem ipsius ecclesiæ Coc-
cinensis ei in spiritualibus, et tempo-
ralibus plenarie committendo, prout
in Nostris inde confectis literis plen-
ius continetur. Verum regimini, et ad-
ministrationi ecclesiæ archiepiscopalis
Goanæ in eisdem Indiis orientalibus, non
modò quoties illam pastoris solatio des-
titui contingat, sed etiam de præsentî,
cum illis modernum archiepiscopum

Goanum graves Nobis notas causas,
jamdiu a civitate, et diœcesi Goana
abesse compertum sit consulere cupien-
tes, nec non dictum Emmanuelem epi-
scopum electum a quibusvis suspen-
sionis, et interdicti, aliisque consentien-
tes motu proprio, non ad dicti Emma-
nuelis episcopi electi, vel alterius pro
eo oblata Nobis, super hoc petitionis
instantiam, sed ex certa scientia, et
deliberatione Nostris, et de apostolicæ
potestatis plenitudine eundem Emma-
nelem episcopum electum, de cujus fide,
et prudentia plurimum in Domi-
no confidimus, juxta modum infrascrit-
ptum in administrationem dictæ eccle-
siæ archiepiscopalis Goanæ apostolica au-
toritate tenore præsentium constitui-
mus, et deputamus, ad hoc nimirum, ut
ipse Emmanuel episcopus electus, post-
quam tamen munus consecrationis sus-
ceperit, Nostris, et Sedis apostolicæ
nomine in eventum ipsius ecclesiæ ar-
chiepiscopalis Goanæ vacationis, et quo-
ties illius pro tempore archiepiscopus
regimini, et administrationi dictæ ec-
clesiæ archiepiscopalis Goanæ cedat, vel
decedat, vacatione hujusmodi durante,
ad ipsius Emmanuelis episcopi electivi-
tam, modo vero, et quousque dictus
moderans archiepiscopus Goanus a civi-
tate, et diœcesi Goana hujusmodi ab-
sens extiterit ad Nostram, et præfatæ
Sedis apostolicæ beneplacitum dictam
ecclesiam archiepiscopalem Goanam in
spiritualibus, et temporalibus regere,
et gubernare valeat, et debeat. Et ei-
dem Emmanueli episcopo electo, uti a
Nobis specialiter delegato, durante de-
putatione, et beneplacito hujusmodi
omnem jurisdictionem, auctoritatem, et
potestatem juris, etiam metropolitani,
vere, et proprie cuilibet archiepiscopo
in sua diœcesi competente eadem apo-
stolica auctoritate tribuimus, et impar-
timur. Atque ne dictus archiepiscopus
Goanus ejus absentia durante in regimi-
ne et administratione dictæ ecclesiæ ar-
chiepiscopalis Goanæ mediate, vel im-
mediate se ingerat eadem apostolica
auctoritate inhibemus, sub pœna nul-
litatis, quorumvis actorum, si quæ forte
ab ipso moderno archiepiscopo Goano
veri contigerit, ac mandantes in virtu-
te sanctæ obedientiæ, dilectis eorum
filiis, capitulo, clero, populo, atque vas-
sallis dictæ ecclesiæ archiepiscopalis
Goanæ, ut interim dictum Emmanuelem
episcopum electum debitum cum reve-
rentia, et honore pertractare, ejusque
monitis, et mandatis salubribus humili-
ter intendant, parcant, et obediunt.

Clausula sub-
blata, et decre-
tum irritans.

§. 3. Decernentes etc. Sic in præmis-
sis, per quoscumque iudices ordina-
rio, vel delegatos quavis auctoritate fun-
gentes etiam causarum palatii aposto-
lici auditores, ac ejusdem Sanctæ Ro-
mænæ Ecclesiæ cardinales etiam de la-
tere legatos, vice legatos, dictæque Se-
dis nuncios sublata eis, et eorum cui-
libet quavis aliter iudicandi, et inter-
pretandi facultate, et auctoritate judi-
cari, et definiri debere, irritumque,
et inane si secus super his, a quo-
quam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariis

§. 4. Non obstantibus Nostra, et can-
cellariæ apostolicæ regula, de jure que-
sito non tollendo, ac quibusvis etiam in
synodalibus, provincialibus, generali-
bus, et universalibus conciliis editis,
vel edendis, specialibus, vel genera-
libus constitutionibus, et ordinationibus
apostolicis, dictæque ecclesiæ archie-
piscopalis Goanæ, etiam juramento, con-
firmatione apostolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis statutis, et con-
suetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et
litteris apostolicis dictæ ecclesiæ archie-
piscopalis Goanæ, ejusque præsuli, ca-
pitulo, et canonicis, aliisque superio-
ribus, et personis sub quibuscumque
tenoribus, et formis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis ap-
probatis, confirmatis, et innovatis.
Quibus omnibus, et singulis, etiamsi
de illis, eorumque totis tenoribus spe-
cialis, specifica, expressa, et individua
non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quævis alia
expressio habenda, seu quævis alia ex-
quisita forma ad hoc servanda foret eo-
rum tenores, etiam si de verbo ad ver-
bum nihil penitus omisso, et forma
in illis tradita observata inserti forent
præsentibus pro expressis habentes illis
alias in suo robore permansuris ad ef-
fectum præmissorum hac vice dumtaxat
specialiter, et expresse motu pari-
harum quoque serie derogamus, ceteris-
que contrariis quibuscumque. Datum
Romæ apud sanctam Mariam Majorem
sub annulo piscatoris die xxvii ju-
lii MDCCLXXVIII. pontificatus Nostri
anno quarto.

CLXXIX.

Dat. die
5. Julii
Anno IV.

Litteræ apostolicæ quibus summorum
pontificum ordinationes ad divinum
cultum in sacris Palestinæ locis, quæ
fratres ordinis minorum s. Francisci
de observantia custodiunt, servan-
dum, et propagandum hactenus emis-
sæ, innovantur, et ampliantur, cum
novis, opportunisque præceptis, ut il-
lorum necessitatibus consulatur.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **I**nter cetera divinarum judi-
ciorum abdita arcana, quæ humanis
mentibus scrutari minime datum est,
illud quidem sine lacrymis commemo-
rare non possumus regionem illam olim
lacte, et melle fluentem, singularibus
portentis, atque insignibus beneficiis
Hebræorum populo largiter impertitis
adeo celebratam, feliciorum vero, et di-
gniorum quia in ea verbum caro factum
ineffabile humanæ redemptionis opus
consummavit, adhuc sub infidelium po-
testate obtineri: neque prædecessorum
Nostrorum, et tot christianorum prin-
cipum valuisse conatus, ut ab illorum
dominatu eriperetur. Verum quemad-
modum prædecessorum ipsorum, post-
quam eam regionem recuperandi spe
frustrati fuere, præcipua fuit cura, et
solicitude, ut saltem Dominicæ passio-
nis monumenta debito cultu non frau-
darentur, atque ipsi per apostolicas ce-
naxasque litteras, modo illorum custo-
diam religiosi viri mandarunt, modo
reantum expiationes illa invisentibus e-
largiti fuere, et modo Christifidelibus
per totum orbem dispersis commenda-
runt, ut subsidiis, et eleemosynis opem
pro eorundem sacrorum locorum con-
servatione præstare non desinerent: ita
et Nos non impari studio, atque arden-
ti animi desiderio cupientes, ut in ipsis
sacris locis, eo, quo decet, decore di-
vini cultus exerceatur, et religiosorum
ipsorum custodiæ ad lictorum necessita-
tibus, aliisque piis christianæ charitatis
operibus rite prospiciatur, ea quæ a
prædecessoribus Nostri concessa, et
impertita sunt, innovare, atque amplia-
re censemur.

Proemium.

§. 2. Nuper quidem dilectus filius
Vincentius Belda presbyter ordiais fra-
trum minorum s. Francisci de obser-

Expositio sta-
tus priorum lo-
corum erecto-
rum in P. Testi-

ne et largitionibus fidelium.

vantia nuncupatorum expresse professus, et apud Nos terræ sanctæ commissarius generalis Nobis retulit ecclesiarum, conventuum, et domorum, quæ in insignioribus, sacrisque Palestinæ locis ex piis fidelium largitionibus erectæ jamdudum a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris fratribus illius ordinis concreditæ fuere, miseram admodum esse conditionem, atque in dies temporis injuria decrescere; quoniam, cum ejusdem ordinis professores illis addicti ecclesiis nêdum diuinum inibi seruent cultum, ecclesiæ sacramenta administrent, et catholicam religionem pro viribus propagare curent; verum quia peregrinos in hospitia excipiunt, ægrotorum curæ incumbunt, orthodoxæ religionis rudimentis, atque literis pueros christianos assidue imbuunt, pro tuenda quoque virginum pudicitia eas congruentibus subsidijs iuvant, ut in matrimonium collocentur, catholicos a seruitute haud raro redimunt; pauperes quoque, etiam infideles, penuriosis temporibus alunt, atque reficiunt: aliaque misericordiæ opera exercere, et frequentare solent: illi modo ad tot ferenda onera nisi ampliores elargitiones, et eleemosynæ, quæ pro illis destinatæ sunt, absque ulla immiautione eis obveniant, prorsus impares noscuntur.

Providentis capte a summis pontificibus pro indemnitatis dictione locorum.

§. 5. Et quamvis fel. rec. Urbanus pp. VIII. prædecessor Noster alias Sixti V. Pauli etiam V. et Gregorii XV. Romanorum pontificum prædecessorum suorum, modo Nostrorum literas illas recensendo, et specificè innovando, ut eorundem locorum sanctorum indemnitati consuleret, per similes suas literas datas Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die xviii. junii MDCXLIV. pontificatus sui anno XXI. omnibus, et singulis utriusque sexus personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna, a qua non nisi ab ipso vel Romano pontifice pro tempore existente, præterquam in articulo mortis constitutis, absolvi possent, districte præceperit, et mandaverit, ne de cætero cujusvis generis bona ad sacra loca hujusmodi spectantia, quovis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere auderent, seu præsumerent, sed illa eisdem locis, seu illorum agentibus realiter, et cum effectu restituerent. Et subinde Innocentius pp. X. prædecessor quoque Noster aliis ejusdem Ur-

bani prædecessoris literis inhærens, vi similibus literarum sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem etiam sub annulo piscatoris die xix. septembris MDCXLV. pontificatus sui anno primo patriarchis, archiepiscopis, episcopis, aliisque locorum ordinariis, nec non omnibus, et singulis quorumvis ordinum, congregationum et institutorum regularium generalibus commiserit, et mandaverit, ut saltem duabus vicibus quolibet anno, adventus scilicet, et quadragesimæ temporibus tam per verbi Dei prædicatores in sacris canonibus, quam in actionibus, et functionibus publicis, necessitates sacrorum monumentorum terræ sanctæ populo proponi, et commendari curarent, et facerent, atque insuper addiderit, ac voluerit, ut patriarchæ, archiepiscopi, et episcopi in relatione status suarum ecclesiarum, quando visitarent limina apostolorum, facienda referrent, se secundodictis Urbani prædecessoris, et suis literis paruisse. Ac demum Benedictus pp. XIV. itidem prædecessor Noster, postquam per similes suas literas in forma Brevis sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die x. januarii MDCCXLI. pontificatus sui anno primo præmissas Pauli, et Innocentii prædecessorum, ac alias nonnullorum pontificum Romanorum pariter prædecessorum Nostrorum literas, ad promovendum terræ sanctæ cultum emanatas confirmaverat, et deuo præceperat, ut patriarchæ, archiepiscopi, et episcopi in relatione statuum ecclesiarum suarum quando visitarent limina apostolorum, facienda referrent se prædictis Urbani prædecessoris literis paruisse: alias etiam literas, pari forma Brevis, die xx. augusti MDCCXLIII. pontificatus sui anno tertio ediderit, quibus eisdem patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ac aliis locorum ordinariis nec non omnibus, et singulis quorumvis ordinum, congregationum, et institutorum regularium generalibus commiserit et mandaverit, ut ad minus quatuor vicibus quolibet anno adventus scilicet, et quadragesimæ temporibus per verbi Dei prædicatores tam in suis sacris concionibus, quam in quibusvis aliis actionibus, et functionibus publicis necessitates terræ sanctæ fidelium populo proponi, et commendari curarent, et facerent. Ac insuper ut parochialium rectores, et aliarum ecclesiarum administratores unum, seu plures viros probos ad colligendas eleemosynas hujusmodi in eorum ecclesiis sta-

tutis temporibus deputarent: easque sic collectas elapsis adventus et quadragesimæ temporibus ad proprios ordinarios tuto transferre deberent, dictique ordinarii syndicis in eorum respective diœcesibus per commissarium generalem ad hoc deputatis traderent, et apud eos deponere curarent, atque satagerent servata in reliquis suarum priorum litterarum formis, et dispositione apostolica ejus auctoritate voluerit, præscriperit, et ordinaverit. Et nuper Nos ipsi ad exsolvendum æs alienum, quo piissimum hoc opus custodiæ sacrorum locorum terræ sanctæ nimis premebatur, ob tributa a turcis, præsertim tempore belli extra ordinem indicta, et exacta religiosæ Hispaniarum gentis pietatem, quæ copiosas obtulit ad hunc finem eleemosynas, excitaverimus.

§. 4. Nihilominus quia, sicut accepimus, tot peractæ, et repetitæ hortationes, quin imò prædecessorum Nostrorum præcepta, felicem ubique exitum, prout in spem se crexerat terræ sanctæ commissarius generalis, minime obtinere: quodque deterius est, in dubium videtur revocari, an eleemosynæ pro terra sancta destinatæ in alios pios usus commutari queant. Cumque interim vigeant solita vectigalia, et tributa, atque aliæ in dies augeantur in ea regione ecclesiarum, sacrorumque ministrorum, et Christifidelium signanter eorum, qui latini nominis sunt, onera, ita ut quamplurimi sint, quibus ob extremam paupertatem alimenta, et vestes, ut in catholica fide perseverent, suppeditare oporteat, neque vero ferendus sit abusus, quod eleemosynas, quas pro illo opere christiana religio devovit in aliud impendantur: ideo pro parte dicti commissarii Nobis fuit humiliter supplicatum, ut enunciatas prædecessorum Nostrorum dispositiones, eorumque præcepta innovare, atque ut infra eorundem sacrorum locorum cultui, et manutentioni consulere dignemur.

§. 5. Nos igitur, qui demisso corde, effusoque animo coram omnipotente Domino una cum sancto Bernardo fateri non veremur, quod peccatis Nostris exigentibus, crucis adversarii caput extulerunt, depopulantes in ore gladii terram promissionis, usquequo placatus idem Dominus non exaudiet vota, et sacrificia Nostra, nil prætermittendum ducimus, et quantum possumus enitimus, ut religiosi viris, qui e divi Francisci familia post res Christianorum illic perditas, quamvis contumeliis, et

sævitiis ab infidelibus, fraudibus vero, et insidiis ab schismaticis vexati, sacra Palestinæ loca eis commissa in suam custodiam susceperunt, et in illorum cura perseverarunt, opportuna subsidia non desint, ad hoc ut ecclesiarum cultum servare, et augere, ac Christifideles illius religionis bonis omnibus carentes, et fere captivos juvare valeant. Propterea supraenunciatas in primis Urbani, et Innocentii, et ambas Benedicti prædecessorum præfatorum litteras cum aliis etiam literis aliorum Romanorum pontificum etiam prædecessorum Nostrorum a præfatis Urbano, et Innocentio, ac Benedicto prædecessoribus confirmatis, etiam cum omnibus, et singulis in eis contentis, apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis vim, et robur adjicimus. Quocirca venerabilibus fratribus Nostris patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, et dilectis filiis quorumcumque locorum ordinariis, nec non omnibus, et singulis quorumvis ordinum, congregationum, et institutorum regularium generalibus moderatoribus, nec non parochialium ecclesiarum rectoribus, et aliarum ecclesiarum administratoribus nunc et pro tempore existentibus, etiam in virtute sanctæ obedientiæ committimus, et mandamus, ut pro ea veneratione, quam ipsi erga sacra loca profiteri debent, et profiteantur, et catholicæ religionis tuendæ studio: patriarchæ nimirum, archiepiscopi, et episcopi, alique locorum ordinarii quater saltem in anno, adventus videlicet, et quadragesimæ temporibus per verbi Dei concionatores tam in suis sacris concionibus, quam in quibusvis aliis actionibus, et functionibus publicis: parochialium vero rectores, et ecclesiarum administratores, dum populum præsertim inter missæ celebrationem alloquuntur, ad subsidia, et eleemosynas terræ sanctæ comparanda, miserum illorum sacrorum locorum, et catholicorum illic degentium statum, etiam quater in anno diserte exponere curent: ac insuper personas eximie probitatis seligant ad colligendas eleemosynas, quæ statim ac collectæ fuerint penes locorum ordinarios, vel de eorum mandato apud ipsos ecclesiarum earundem rectores deponantur, ac demum ordinarii ipsi collectas eleemosynas ad apostolicos syndicos legitime deputatos quamprimum deferri curent, a quibus syngrapha de pecuniis pro præmissis causis receptis agatur.

Abusus irreptus circa distributionem eleemosynarum colligendarum pro conservatione piorum locorum.

Confirmantur litteræ, et ordinationes prædecessorum summorum pontificum.

Præceptum ordinariis porrectum de evincendo adimplemento præscriptorum.

§. 6. Insuper juxta præmissas Urbani, Innocentii, et Benedicti prædecessorum prædictorum literas Nos quoque statuimus, ut iidem patriarchæ, archiepiscopi, et episcopi, aliique locorum ordinarii proprium, et separatim territorium habentes in relatione status suarum ecclesiarum quando apostolorum limina erunt visitaturi, facienda referant, se eisdem, et præsentibus Nostris literis paruisse.

Excommunicatio lata sententia contra transgressores.

§. 7. Ad præmissorum autem plenum effectum omnibus, et singulis utriusque sexus personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus Nostrorum prædecessorum exemplo ducti etiam Nos in virtute sanctæ obedientiæ, et sub excommunicationis majoris lætæ sententiæ pœna, a qua non nisi a Nobis, vel Romano pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti absolvi possint, districtè præcipimus, et mandamus, ne de cetero cujusvis generis bona, et pecuniarum summas a fidelibus quoque collectas, et ad eadem sacra loca spectantia, quovis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere audeant, seu præsumant, sed illa eisdem locis, et pro eis ipsis syndicis, ut præfertur, deputatis realiter, et cum effectu restituant, et tradant. Præterea quam absonum ab ea sit fide, qua piæ personæ eleemosynas tribuere, si eæ in alios quam præscriptos, quantumvis urgentes, usus immutentur, omnes plane intelligunt.

Prohibitio erogandi in alios usus eleemosynas oblatas pro locis sanctis.

§. 8. Ne autem adeo detestabilis irreat abusus, quem sane Paulus prædecessor præfatus per suas literas in forma pariter Brevis die xxii januarii anno MDCXVIII. pontificatus sui anno decimotertio, a superioribus, et personis ejusdem ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatis, sub gravibus pœnis jam eliminare non omisit; præsentium Nostrarum literarum vi declaramus, eleemosynas, quæ pro terra sancta fratribus ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatis fuere destinatæ, minime licere in alios usus convertere, quamvis usus hujusmodi urgentiores, et magis pii deprehendantur, certam fiduciam habentes, Romanum pontificem pro tempore existentem, cui soli data est eleemosynarum usum commutandi potestas hanc in terræ sanctæ detrimentum minime adhibiturum. Hinc, nedum ipsius ordinis superioribus, ac etiam pro tempore existenti ministro generali, et commissario, sed

etiam quibusvis personis sive ecclesiasticis, sive laicis specificè, et expresse interdiciamus, et prohibemus, ne sub pœnis a dicto Paulo prædecessore contra detinentes bona ad terram sanctam spectantia, ut præfertur, latis, et inflictis, eoque ipso incurrendis, ac etiam redintegrationis statim faciendæ audeant, seu præsumant eleemosynas pro eadem terra sancta a quibusvis personis destinatas, vel relictas, in alios, quantumvis pios, et urgentes usus convertere, et immutare.

§. 9. Fore autem in Domino confidimus, quod unusquisque memor declarationis Nostræ, et præcepti posthac bene consulens conscientiæ suæ indemnitati, neque salutarem legem a Nobis latam, ecclesiasticasque censuras parvipendet. Demum ad renovandam, et magis, magisque excitandam eam fidelium omnium religionem, et pietatem, quæ alias plurimum annorum cursu adeo viguit, ut ipsi ultro, sancta signati cruce, tot labores, angustias, ac propriæ vitæ discrimen pro terræ sanctæ recuperatione passi fuerint, illos in Domino Nostro Jesu Christo hortamur, ut perpendentes id, quod a præcitato sancto Bernardo ad hanc rem scriptum fuit, nimirum *Videt, et dissimulat ille magnus divinæ providentiæ oculos, ut videat, si est qui intelligat, aut requirat Deum, si est qui doleat vicem ejus, qui restituat hæreditatem suam sibi* ex bonis sibi a Deo collatis partem aliquam, vel exiguam pro divino in eisdem locis servando, et ampliando cultu, sacrorum ministrorum, et miserimorum Christianorum illic in orthodoxa fide perseverantium alimentis, aliisque pietatis, et misericordiæ operibus tribuere non recusent. Tabelliones quoque pariter hortamur, ut ipsi in concedendis ultimarum tabulis voluntatum testatoribus in mentem redigant, ut pro terra sancta ex illorum liberis bonis aliquam relinquunt eleemosynam. Nos enim inexhausti Ecclesiæ thesauri dispensatores a Deo constituti cunctos fideles, qui temporalium partem honorum superna providentia eis traditorum in pium illud, sanctumque christianæ charitatis opus relicturi erunt, omnium spiritualium fructuum, et meritum ex sacrosanctis sacrificiis, orationibus, jejuniis, pœnitentiis, laboribus, peregrinationibus, aliisque religionis operibus, quæ non modo ejusdem ordinis professores, sed etiam Christiani fideles ipsa sacra loca incolentes, aliique ad ea accedentes, et illa venerantes,

Menitum salutare.

benedicente Domino, peragent, et facient provenientium, in eorum reatum expiationem, et æternæ gloriæ præmii speciali, quo possumus, modo auctoritatis Nostræ plenitudine participes, et consortes in Domino facimus, atque ad eorundem fructuum, et meritorum consortium, et communionem aggregamus: indubiam foventes spem, quod iidem fideles ad tam uberem, sanctamque communionem admissi constantissime in illa perseverabunt cum gaudio, gratias agentes Deo Patri, qui dignos eos fecit in partem sortis sanctorum adscribi.

§. 10. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque ex quibusvis causis de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ; vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, aut alias infringi, vel suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus, decretis, vel declarationibus generalibus, et specialibus quomodolibet factis minime comprehendere, sed ab illis semper exceptas perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futura perpetuo, et irrevocabiliter observari: illisque, quorum favorem concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eisdemque commissarios, eorumque legitime deputatos super præmissis omnibus, et singulis quavis auctoritate quomodolibet molestari, perturbari, vel impediri nullatenus unquam posse; sicque in præmissis ab omnibus censi, ac ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, et potestate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, ac definiiri debere. Et si secus sper his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, quibusvis apostolicis quorumvis Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, etiam in synodali

bus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quarumcumque ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate aliaboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis pro mantentione, et propagatione aliorum piorum operum concessis, et concedendis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, et individua, non autem per clausulas generales mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret; tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata inserti forent; præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permanentur, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat; harum serie specialiter, et expresse derogamus.

§. 12. Ad hoc autem, ut præsentibus Nostræ literæ amplius innotescant, et de eis in locis singulis, in quibus opus erit, notitia haberi queat, volumus, et auctoritate Nostra decernimus, quod ipsarum transumptis, etiam impressis, manu eiusdem commissarii generalis subscriptis, et sigillo, quo ipse uti solet, munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, roboris adjectionis, commissionis, mandati, statuti, præcepti, declarationis, interdicti, prohibitionis, hortationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo octavo, pridie kalendas augusti pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis

Sanctio poena lis.

Clausula sublata, et deorsum irritans.

Devotio eorum.

Dat. die
5 augusti
1778.
Anno IV.

CLXXX.

Publicatio declarationis emissæ super nefaria, et illegitima electione Adriani Broekman in Harlemensem episcopum facta a falso archiepiscopo Ultrajectino, et excommunicatio pseudo episcopi, et adhærentium.

Dilectis filiis universis catholicis in fœderato Belgio commorantibus.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem,
et apostolicam benedictionem.

Memorantur
literæ, quibus
reprobata fuit
electio episcopi
Broekman.

§. 1. **D**edimus ad vos, dilecti filii, die 22 præteriti mensis julii Nostras in forma Brevis literas, easque typis etiam impressas in publicum emisimus, ex quibus nimirum tam vobis, quam ceteris omnibus constare facile posset de apostolico iudicio, quo recentem Adriani Broekman in Harlemensem episcopum electionem a Michaelae Van-Nieuwenhuylen Ultrajectino falsi nominis archiepiscopo factam, nullam, inanem, nefariam, illegitimam, ac sacrilegam declaravimus, rescidimus, abrogavimus, eidemque Adriano sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda non solum omnem episcopalis jurisdictionis usum interdiximus, sed etiam mandavimus cum ipsi, ne se cuiquam præbeat consecrandum, tum memorato Michaeli, ac aliis archiepiscopis, et episcopis, ne illum inaniter jam electum consecrare audeant. Eodem tamen tempore dissimulare certe non potuimus, quanto cum dolore ejusmodi iudicium apostolici muneris ratio a Nobis expresserit; paterni enim animi charitatem in eos, si reversi ad Nos essent, exhibere minime cupiebamus; ac propterea assiduis deprecationibus Dei omnipotentis misericordiam, quæ superba illa rebellantium corda frangens ad penitentiam converteret, impetrare cœuabamur. At nunc doloris hujus Nostræ acerbiter auctam in Nobis esse cumulatamque fateri cogimur, cum nuper ad Nos perlatum sit die 21 mensis junii peractam fuisse ejusdem Adriani consecrationem, impositasque sacrilegas illas electoris super illegitimo electum inauspicata cœremonia manus. Atque ab ipso etiam Brockman sub e mentito episcopi Harlemensis quod assumpsit nomine, accepimus die 22 ejusdem mensis datas literas, quibus et suæ hujus

consecrationis certiores Nos facit, et fictis ac subdolis verbis, quo incautos decipiat, obedientiæ quandam præsert speciem, cum re ipsa abalienationem a Nobis suam, ac ab hac sancta Sede defectionem maxime confirmet. Sed hoc modo seipsum præcipue decipit, sibi que misere illudit, dum inquam semel prolapsus est animæ suæ ruinam; in eandem per summam animi temeritatem se magis impellit, atque altius in præceps immergit. Tantæ vero audaciæ et confidentiæ suæ divinam obtendit voluntatem, cum a fundata ab ipso Deo unitatis hac petra tam contumaciter resiliat: in Christi ecclesia se esse simulat, quam discindit: ab eo missus, qui mittendi facultate caret, infert se, seu potius intrudit non in curam, sed in perniciem animarum: in ovile non per ostium intrat, sed intrinsecus rapax sub ovis vestimento lupus dat operam, ut Domini gregem disjucat, dividat, disperdat.

§. 2. Nos igitur, nequid detrimenti a jam corrupta in incolumem Christi corporis partem transire, ac tanquam diffuso paulatim veneno serpere, atque illabi per fraudem possit, sollicitudine ac vigilantia Nostra prospicientes, ac dolosis iis, plenisque fallaciæ pravitatis, atque erroris consiliis occurrentes morem illorum prædecessorum Nostrorum in quorum tempora nefariæ ejusmodi actiones inciderunt, ac canonicas regulas secuti, tradita Nobis a Deo potestate, primum illam consecrationem illicitam, illegitimam, sacrilegam, contra supremæ Sedis mandata, ac sacrarum legum sanctiones factam declaravimus, rejicimus, detestamur; tum eundem Adrianum Broekman, qui nefariam illam manuum impositionem excepit, ac cum ipso Michaelae Van-Nieuwenhuylen toties jam gravissimis omnium censurarum ecclesiasticarum pœnis subjectum, qui nunc electioni consecrationem, hoc est, sceleri scelus adjuunxit, unaque eos omnes, qui operam suam execrabili huic facto commodarunt, et quicumque illis adhæserunt, opemque, consensum, et consilium præstiterunt, excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communionem segregatos, et prorsus schismaticos habendos, et evitandos esse constituimus, edicimus, mandamus.

§. 3. Sciat autem idem Adrianus non solum ab iis, quæ sunt jurisdictionis, exercendis se esse suspensum, prout fuit a Nobis in proximis literis Nostris expressum, sed ab iis etiam,

Excommunicatus tenor.

Suspensiones, et interdicta contra electum, et eligendos ab eo.

ut nunc pronunciamus, quæ sunt ordinis. Illi propterea districte interdici-
mus sub pœna excommunicationis ipso
facto, et sine alia declaratione incur-
rendæ, ut nullo pacto chrisma confi-
cere, confirmationis sacramentum con-
ferre, clericos ordinare, aut alia, quæ-
cumque sunt episcopalis ordinis, exer-
cere audeat; decernentes insuper vacuos,
inanes, nulliusque prorsus roboris, et mo-
menti omnes et singulos alios actus,
quos attentare præsumperit. Qui vero
ab ipso ecclesiasticis ordinibus initiati
fuerint, noverint suspensionis vinculo
se obstrictos, atque irregularitati pro-
pterea obnoxios, si susceptos ordines
exercuerint.

Monita ad epi-
scopos. §. 4. Jam vero quod ad vos, dile-
cti filii, pertinet, magnam a Nobis per-
cipi jucunditatem profitemur, quod
quanto plura istis a refractariis hæc suæ
contumaciæ monumenta renovantur,
tanto a vobis constantius animi vestri
virtutem ac religionem retineri videamus.
Ipsa populi infrequentia, ac pe-
ne solitudo, in qua illos relictos fuisse
audivimus, cum execrabilem consecra-
tionis suæ actionem peragerent, satis
indicat Nobis, quam vos ab his
eorum conventibus refugiatis, quamque
tantæ in defectione pervicaciæ, tantæ
temeritatis ausus magna animorum con-
sensione damnetis, ac aversemini. Agite
igitur, dilecti filii, omnique studio con-
tendite, ut illis inobedienciæ, perversi-
tati, schismatis exemplis nova sem-
per ac potiora vestræ pietatis, fidei, at-
que in Ecclesiam ac apostolicam hanc
Sedem obsequii exempla opponatis. Hunc
in modum amplificata vestra laude,
cumulata lætitia Nostra, eximie pon-
tificiam in vos paternam benevolentiam
confirmabitis. Atque ut ejusdem lucu-
lentissimum quod possumus testimo-
nium, atque argumentum demus, apo-
stolicam benedictionem in divinæ be-
nignitatis auspiciis vobis, dilecti filii,
ex animo, ac peramanter impertimur.
Datum Romæ apud sanctam Mariam
Majorem sub annulo piscatoris die quinta
augusti 1778 pontificatus Nostri anno
quarto.

CLXXXI.

Concessio juris nominandi ad aliqua
beneficia certis anni mensibus per
obitum vacantia favore Portugalliæ,
et Algarbiorum reginæ, ejusque suc-
cessorum cum nonnullis declaratio-
nibus.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **A**postolicæ benignitatis, et Proemium
munificentia institutum a prædecesso-
ribus Nostri Romanis pontificibus ini-
tium, servatumque præcipue erga su-
premos principes de re catholica, ten-
disque Ecclesiæ juribus benemerentes
quoad conveniens est, atque Nobis in-
tegrum sequi, omnique diligentia, ac
volenti animo tenere studemus, ut ni-
hil hac in re desiderari velimus.

§. 2. Quamobrem quum carissima Præces porre-
ctæ a regina
Portugalliæ.
in Christo filia Maria Portugalliæ, et
Algarbiorum regina fidelissima enixe a
Nobis postulaverit, ut communicatis
invicem studiis modus aliquis inter Nos
statueretur, per quem et ipsa, ejus-
que in prædictis regnis in posterum suc-
cessores in futuris ecclesiasticorum be-
neficiorum vacationibus liberalitatem ali-
quam erga ejusdem regni erga ejusdem
regni clericos de ecclesia optime meri-
tos exercere possent.

§. 3. Nos eximiam, et avitam ejus-
dem reginæ fidelissimæ pietatem mul-
tis nominibus apud Nos commendatam,
ejusque singulare in hanc sanctam Se-
dem obsequium gratis, et favoribus,
quantum in Domino possumus prose-
qui volentes, venerabili fratri Bernar-
dino Muti archiepiscopo Petrensi No-
stro, et apostolicæ Sedis in regnis eis-
dem nuntio dedimus in mandatis, ut
ea de re cum illo ageret plenipoten-
tuario administro, qui ab eadem Ma-
ria regina fidelissima specialiter esset
designatus. Cumque ab ipsa dilecto filio
Ario de Sâ Mellio regio consiliario, et
pro negociis exteris, et bellicis mi-
stro, atque a secretis status per re-
gium diploma sub die secunda prox-
ime elapsi mensis maii amplissimæ ad
id facultates fuerint impertitæ; ideo
inter Bernardinum archiepiscopum, et
nuntium, ac Arium de Sâ Mellium
regium plenipotentiarium collatis prius
invicem eorum facultatibus de hoc ne-

gocio serio, et mature actum fuit, ac demum ipsi die nimirum vicesima etiam proxime elapsi mensis julii eas conventiones, et pacta constituerunt, quæ in infrascriptis quinque articulis continentur,

In nomine sanctissimæ Trinitatis

Pacta conventa inter plenipotentiarios.

§. 4. Quum inter sanctitatem Pii pp. VI. et reginam fidelissimam conventum fuerit, ut nova præscriberetur regula, qua in nominatione beneficiorum utendum sit in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum præsens concordatum mutuo consensu celebrarunt uterque inter se. Ad hunc vero effectum designati plenipotentiarii sunt ex parte quidem Sanctitatis Sux excellentissimus ac reverendissimus dominus Bernardinus Mutus archiepiscopus Petrensis ejusdem Sanctitatis sux in Olyssipponensi aula nuntius. Ex parte vero reginæ fidelissimæ illustrissimus, atque excellentissimus dominus Arius de Sa Mellius de consilio ejus, ipsiusque pro negotiis exteris, ac bellicis administer, et secretarius status. Qui quidem quum secum invicem communicassent plenas potestates sibi ultro citroque impertitas, casque recte se habere judicassent in sequentes articulos consensere.

Concessio juris nominandi, cum suis reservationibus, et declarationibus

§. 5. Articulus primus = Sanctissimus dominus Noster perpetuum indultum concedet, ut regia majestas Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ, ejusque successores ad beneficia ecclesiastica etiam curata, exceptis infrascriptis, in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum sita, quæ in quatuor ex octo, vel in tribus ex sex anni mensibus apostolicæ Sedis collationi, et dispositioni reservatis per obitum eorum respective possessorum vacaverint personas idoneas, et juxta canonicas sanctiones probatas eidem sanctitati sux, et successoribus nominare valeat, et valeant. Ita quod eidem reginæ, ejusque successoribus ad ea beneficia, quæ vel in february, maii, augusti, et novembris anni mensibus vacaverint, aut si contigerit, quod alicujus ecclesiæ archiepiscopus, vel episcopus gratiam alternativæ mensium in nona cancellariæ apostolicæ regula oblatam acceptaverit cum eo eveniente casu eorundem beneficiorum collatio in sex tantum alternis mensibus ad Sedem apostolicam pertineat tunc ad illa beneficia, quæ in martii, julii, et novembris mensibus etiam, ut præfertur, vacaverint jus

nominandi hujusmodi competat. Et quoad beneficia curata habito in his de more concursu juxta formam a sacro concilio Tridentino præscriptam integrum erit regis majestati sux ad ea nominare personas, quæ ex informatione eidem majestati sux facienda ab ordinario, se admissim referente, ad acta concursu habitæ fuerint digniores. In pari autem meritum concursu inter duas, vel plures personas liberum erit regis majestati sux gratificari, cui magis ipsi videbitur.

§. 6. Articulus secundus = Quod dignitates in cathedralibus ecclesiis majores, et in ecclesiis collegiatis principales prout antea apostolicæ Sedis collationi quoties vacaverint erunt reservatæ. Ita quoque pontificiæ collationis etiam, ut antea erunt beneficia non modo apud Sedem apostolicam, sed etiam juxta decretum in provisionibus apostolicæ Sedis appositum respective vacantia. Illa itidem beneficia, quæ ex personis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium familiarium, et officialium summi pontificis vacaverint, et generaliter ea omnia, quæ juxta apostolicas reservationes, et earum vigore ad Sedem apostolicam, exceptis vacationibus in enuncialis mensibus spectabant.

Reservations favore Sedis apostolicæ.

§. 7. Articulus tertius = Quod cuncti etiam a rege nominati ab apostolica Sede opportunas literas apostolicas plumbo obsignatas de more absque immutatione aliqua sint impetraturi; itaut in possessionem beneficiorum eorundem nisi expeditis, et præsentatis eisdem literis immitti nequeant.

De onere nominatorum impetrandi literas apostolicas.

§. 8. Articulus quartus = Quod præsens indultum nil officiat alteri quo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, et apostolicus nuntius in eisdem regnis gaudent, sed illi juxta facultates eis attributas jus conferendi beneficia prout antea exercere poterunt.

Preservatio juris nominandi favore cardinalium, et nuntii apostolici.

§. 9. Articulus quintus = Quod integrum, liberumque sit apostolicæ Sedis jus admittendi pro libito beneficiorum resignationes, et cum futura successione coadjutorias quavis remota limitatione, perinde ac si præsens concessio minime peracta foret. In quorum fidem Nos infrascripti plenipotentiarii manu Nostra nomine Nostrorum respective dominorum, et virtute plenarum potestatum, quibus in eum finem instructi sumus præsens concordatum subscripsimus, sigillisque stemmatum Nostrorum muniendum curavimus. Olyssipponæ die vicesima julii anno mil-

Potestas Sedis apostolicæ admittendi resignationes, et coadjutorias.

lesimo septingentesimo septuagesimo octavo.

B. archiepiscopus Petrensis Nuncius apostolicus.

Loco sigilli.

Ayres de Sã Mello.

Loco sigilli.

Acceptatio capitulorum facta a regina Portugallie.

§. 10. Cum autem conventiones, et pacta huiusmodi eadem Maria regina grata sibi, et accepta compereperit, atque ab ea rata fuerint habita. Nos modo ipsi Mariæ reginæ ob ejus vere filiale erga apostolicam Sedem obsequium, quod assidue se profiteri gloriatur, ac illustra quæ exhibet ad catholicam religionem servandam, propagandamque gesta, ita ut merito fidelissimæ cognomen hæreditario sibi jure sit delatum, optatam hæc nanciscentes occasionem paterni animi Nostri perspicuam significationem ostendere declaravimus.

Confirmatio apostolica.

§. 11. Ex certa itaque scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine præinsertas conventiones, et pacta in articulis præmissis contenta ipsarum tenore præsentium specificè, et expresse confirmamus, et approbamus, rataque habemus, atque illis omnibus, et singulis apostolicæ Nostræ auctoritatis robur, et vim adjicimus, pariterque omnia in illis contenta sincere, et inviolabiliter ex Nostra, ejusdemque sanctæ Sedis parte impletum, et servatum in tam Nostro, quam successorum Nostrorum nomine promittimus, et spondemus. Itaque ob præmissa, utque eadem Maria regina in ejus regnis, et dominiis, quæ actu possidet, habeat unde ecclesiasticis, benemerentibusque personis se munificam exhibere valeat, quam lubenter ipsius votis obsecundare optantes eidem Mariæ reginæ, et pro tempore existenti Portugallie, et Algarbiorum regi fidelissimo jus Nobis, et pro tempore etiam existentij Romano pontifici successoribus Nostris nominandi, et præsentandi personas ecclesiasticas probatæ famæ, ac nominis, et secundum sacros canones, concilijque Tridentini decreta idoneas ad omnia, et singula beneficia cum cura, et sine cura canonicatus, et præbendas, ac dignitates (exceptis infrascriptis) ecclesiarum in regnis, et dominiis ab ea actu possessis consistentium, quæ in mensibus februarii, maii, augusti, et novembris, vel si in diocesis, quarum archiepiscopi, vel episcopi gratiam alternativæ mensium in nona cancellariæ apostolicæ regula oblatam ab apostolica Sede rite acceptaverint constiterint; tunc

in martii, julii, et novembris per obitum illa obtinentium respective vacaverint; ita tamen ut ab eadem Maria regina, ejusque successoribus pro tempore nominanti Nobis, et successoribus Nostris regium suarum nominationum diploma exhibere, et juxta illud apostolicas literas super præsentationibus huiusmodi reportare, et expedire teneantur, quarum vigore in possessionem, et non alias immitti queant. Et quoad parochiales ecclesias, dummodo forma ab eodem concilio Tridentino præscripta integre servata fuerit, ac modis, et formis in articulis, ut supra præstitutis, tenore præsentium perpetuis futuris temporibus specialiter, et expresse concedimus, indulgemus, et impertimur. Et converso vero omnium, et singularum dignitatum post pontificalem majorem in cathedralibus, ac in collegiatis ecclesiis principalium semper, et quandocumque, nec non omnium, et singulorum beneficiorum cum cura, et sine cura, canonicatum, et præbendarum, aliarumque dignitatum, quæ in aliis quatuor, idest januarii, aprilis, julii, et octobris, vel si in illis diocesis constiterint ubi archiepiscopi, vel episcopi gratia alternativæ mensium gaudeant, tunc in januarii, maii, et septembris anni respective mensibus pro tempore vacaturarum, et vacaturorum, nec non etiam quorumcumque beneficiorum, quæ apud Sedem apostolicam, ac etiam illorum, quæ juxta decretum vacationis in literis apostolicis provisionum, et collationum a Nobis, et Romano pontifice pro tempore existente concedendis appositum respective vacaverint: illorum itidem beneficiorum, quæ ex personis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium familiarium, et officialium Nostrorum, et Romanorum pontificum successorum Nostrorum vacaverint. Ac demum generaliter eorum omnium beneficiorum; quæ occurrentibus illorum vacationibus juxta apostolicas reservationes, et earum vigore apostolicæ Sedi, et Romano pontifici (exceptis vacationibus in enunciatis quatuor, vel tribus anni mensibus per obitum contingentibus) sunt, et erunt reservata liberam, et absolutam collationem, et provisionem, prout antea, Nobis, successoribusque Nostris, ac apostolicæ Sedi reservatam esse, et perpetuo futuram decernimus, statuimus, et declaramus. Ita quoque integrum, liberumque futurum sit apostolicæ Sedi jus admittendi pro libito quorumvis beneficiorum resignationes, et cum futura successione coadjutorias

quavis remota limitatione perinde ac si concessio in presentibus Nostris literis contenta minime peracta fuisset.

Declaratio specialis.

§. 12. Ceterum declarandum quoque censemus presentem itidem concessionem indultus pro tempore existentibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, et apostolicæ Sedis nuntio in eisdem regnis commorantibus circa facultates conferendi beneficia illarum partium ab apostolica Sede concessis, et concedendis nihil officere debere, sed iidem cardinales, et nuntius quocumque ex mensibus Romano pontifici reservatis vacationes contingant eorum facultates, prout antea exercere poterunt. Præsentes autem Nostras literas semper firmas, validas, et efficaces esse, et fore, propterea jus nominandi, et presentandi in enunciatis quatuor, vel tribus anni mensibus eidem Mariæ reginæ, et pro tempore existenti Portugalliæ, et Algarbiorum regi fidelissimo competere debere, nec a præmissis conventionibus recedi, vel resiliari, neque juri nominandi hujusmodi derogari posse, aut illud sub quacumque generali, vel speciali derogatione comprehendi, ac ita quoque omnes, et singulas supra expressas reservationes vigere, atque plenarium, et integrum effectum sortiri, et obtinere debere.

Clausula sublata, et deo-
tunt irritans.

§. 13. Et ipsas præsentis de subreptionis, vel obreptionis, aut cuivis alio defectui minime obnoxias esse, et fore, sicque et non alias per quoscumque iudices quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari respective decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus quibusvis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis; quibus omnibus, et singulis eorum tenores pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Præmissis terminis ad reportandas literas apostolicas.

§. 15. Volumus demum quod ii qui ab eadem Maria regina, et successive a pro tempore existente Portugalliæ, et Algarbiorum rege fidelissimo ad enunciata beneficia juxta præsentem

concessionem Nostram in præmissis quatuor, vel tribus anni mensibus per obitum vacantia Nobis, et successoribus Nostris nominati, et presentati erunt literas apostolicas provisionis, et collationis eorundem beneficiorum cum expressa reginæ nominationis mentione infra sex menses a die peractæ nominationis hujusmodi enumerandos, ut in similibus moris est, expédire, et eorundem literarum apostolicarum vigore possessionem beneficiorum eorundem, et non alias adipisci respective debeant, et teneantur; alioquin eodém semestre evoluta a reportata nominatione decidant, et ipsi Mariæ reginæ, ac pro tempore existenti Portugalliæ, et Algarbiorum regi fidelissimo denuo jus competat ad illud beneficium aliam personam præmissis qualitatibus præditam Nobis, et successoribus Nostris nominare, et presentare.

Sanctio generalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrarum confirmationis, approbationis, roboris, additionis, promissionis, concessionis, indulti, reservationis, statuti, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum, Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo octavo quinto idus septembris pontificatus Nostri anno quarto.



CLXXXII.

Concessio indulgentiarum in perpetuum favore monialium ordinis B. M. V. Immaculatæ sub instituto .s. Francisci Salesii.

Pius PP. VI.

Dilectis in Christo filiabus abbatissis, seu priorissis, ac monialibus quorumcumque monasteriorum ordinis Visitationis B.M.V. Immaculatæ, sub instituto sancti Francisci Salesii salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad augendam vestram devotionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; ac supplicationibus venerabilis fratris Nostri Henrici Benedicti episcopi Tusculani S. R. E. cardinalis ducis Eboracensis nuncupati, earumdem monialium apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: vobis omnibus, et singulis, ac aliis in vestris monasteriis respective nunc, et pro tempore existentibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis; quæ præter cappellam, seu altare, vel oratorium intra claustra monasteriorum hujusmodi sita per ordinarios respective locorum designanda, ecclesiam publicam exteriorem e cratibus monasteriorum hujusmodi in una ex feriis sextis quadragesimæ per dictos ordinarios etiam respective designandam ab ortu usque ad occasum solis feriæ hujusmodi; necnon in primo, et ultimo ex novem diebus immediate antecedentibus festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi singulis annis devote visitaveritis, et ibi pro christiano principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderitis, quo die, ac feria hujusmodi id egeritis, plenariam omnium peccatorum vestrorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. In cæteris vero feriis sextis præfatæ quadragesimæ, ac in reliquis ex supradictis novem diebus antecedentibus festum nativitatis Dominicæ vobis omnibus, et singulis, aliisque prædictis etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis cappellam, seu altare, vel oratorium hujusmodi, ac ecclesiam publicam exteriorem, ut supra visitantibus, et ibidem, ut præfertur, orantibus, quo die, ac feria ex prædictis id egeritis, septem annos, et totidem qua-

Boll. Rom. Tom. VI.

dragenas de injunctis vobis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus. Insuper vobis omnibus, aliisque prædictis vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, quæ altare majus vestrarum respective ecclesiarum e cratibus, ac sex cappellas, seu altaria, vel oratoria intra claustra monasteriorum hujusmodi per dictos ordinarios designanda, ter in anno devote visitaveritis, vel scalam intra eadem claustra sitam, orationi tantum destinatam, quater in anno flexis genibus pie ascenderitis, et ibi, ut supra, oraveritis, qua vice prædictarum id egeritis, ut eas omnes, et singulas indulgentias peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, consequamini, quas consequeremini, si septem almæ urbis Nostræ tam intra, quam extra illius muros sitas ecclesias, ad id designatas personaliter, et devote visitaveritis; vel scalam sanctam de eadem urbe etiam personaliter, et devote flexis genibus ascenderitis.

§. 2. Ac pariter vobis omnibus, aliisque supradictis, quæ septem altaria, comprehensis altaribus existentibus in qualibet ex ecclesiis hujusmodi respective e cratibus eorumdem monasteriorum per vos visitandis, seu cappellas, vel oratoria intra claustra hujusmodi sita duodecim vicibus pro quolibet anno per dictos ordinarios specificanda, ut supra visitaveritis, et, ut præfertur, oraveritis, qua vice similiter præfatarum id egeritis, ut eas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes consequamini, quas consequeremini, si septem altaria in basilica principis apostolorum de urbe præfata sita ad id designata personaliter, et devote quoque visitaveritis, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut dicta scala aliis libenter non inserviat, utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die undecima septembris MDCCLXXVIII. pontificatus Nostri anno quarto.

Applicatio in indulgentiarum imperpetuum pro visitatione septem altarium basilicæ principis apostolorum.

Fides habenda transumptis, et derogatio contrarium.

E

Dat. die
11. septembris
1778.
Anno IV.

Tenor concessions, et descriptio operationum præstantorum pro consecutione indulgentiæ.

CLXXXIII.

Dat. die
18 septembris
1778.
Anno IV.

Applicatio reddituum hæreditatis sacerdotis Petri Bianchi ad decennium pro construenda nova cathedrali in civitate Forosempronensi.

Bernardinus tituli ssimæ Trinitatis in Monte Pincio S.R.E. cardinalis Giraud Sanctissimi Domini Nostri Papæ pro-auditor, ac iudex commissarius specialiter delegatus

Publicatio literarum apostolicarum

§. 1. Cum sanctissimus D.N. Pius divina providentia pp. VI. precibus illustrissimi, et reverendissimi hodierni episcopi Forosempronensis benigne annuens, chirographum propria manu Sanctitatis Sux die 15. currentis mensis septembris subsignatum, Nobis pro executione in eo contentorum direxerit, tenoris sequentis, videlicet.

Tenor ipsarum literarum.

§. 2. » Reverendissimo cardinali Giraud Nostro pro-uditore = Ci ha fatto rappresentare l'odierno vescovo di Fossombrone, che fin dall' anno 1753 fu prescelto per custode dell' oratorio di s. Aldebrando esistente in luogo alpestre, non molto discosto dalla città di Fossombrone, il sacerdote Pietro Bianchi coll' annuo stipendio di scudi 24 perpetuamente a tal' effetto legati da monsignor Palma vescovo predecessore del supplicante, il qual sacerdote assunto a tale incarico con non ordinario zelo, si studiò di promuovere il culto di detto santo, e vi sortì felicemente, poichè divulgata la fama de' prodigj, accorrevano alla visita del mentovato oratorio anche da remote parti numerosi devoti, lasciando generose oblazioni, ed elemosine, delle quali resosi despota il predetto sacerdote Bianchi, potè nel giro di anni 23. in cui esercitò tal'impiego, oltre non pochi argenti, vasi sagri, e preziose sagre suppellettili, accumulare una non dispregievole eredità, che mischiò sempre e confuse colle tenue ereditate sostanze per non aver giammai voluto tenere alcun libro, o registro delle predette pie oblazioni contro i replicati decreti degli ordinarj.

Testamentum sacerdotis Bianchi.

§. 3. » E diversamente non si contenne nel suo testamento aperto dopo la di lui morte seguita nel 1776 poichè, opinando di esser di tutto assoluto padrone, ed arbitro, dopo di aver lasciato diversi legati vitali-

» zj ascendenti, in circa, all' annua somma di scudi 46, ed istituita erede l'anima sua, fondò cinque cappellanie, meramente laicali, nominando alla prima di annua rendita di scudi 60 il sacerdote Filippo Fabarini, alla seconda di consimilrendita il sacerdote Baldassarre Casoli, alla terza di annui scudi 30 da accrescersi fino a scudi 60. dopo l'ordinato multiplico, e riinvestimenti, il sacerdote Pasquale Casoli, alla quarta di annui scudi 23 il sacerdote Andrea Germani, ed alla quinta finalmente di rendita consimile il sacerdote Luigi Dolfini con diversi pesi ingiusti a detti cappellani de' quali nominò li primi tre per esecutori testamentarij affatto indipendenti da chiunque, e con diverse altre modificazioni, sostituzioni, e caducità in caso di applicarsi altrove gli argenti, e sagre suppellettili come diffusamente appare dalla copia autentica del testamento di detto sacerdote Bianchi umiliatoci.

§. 4. » Ci ha rappresentato inoltre che impossessatisi non pertanto li predetti esecutori testamentarij della mentovata eredità, e formatene u loro talento l'inventario, similmente umiliatoci per rilevare in parte la qualità, valore, e commistione di tale asse lasciato dal defonto testatore, mentre dispoticamente il tutto amministravano, insorsero i deputati alla nuova fabbrica della cattedrale in seguito del consiglio tenutosi dalla comunità sostituita, ed interessata nella suddetta disposizione e riputando la ingiusta, invalida, ed inutile, fecero a Noi ricorso, supplicandoci, che ci degnassimo di sospendere l'erezione delle suddette cappellanie, di applicar tutte le annue rendite di tale eredità a favore dell'incominciata fabbrica, fino al suo compimento, di ridurre a due sole prebende canonicali le predette cinque cappellanie, e finalmente di rilasciare in beneficio della cattedrale tutti gli argenti, vasi sagri, e preziosi sacri arredi tante volte serviti per il culto divino, ad oggetto di evitarne l'inconvenevole alienazione per giungere agli ordinati multipli.

§. 5. » Questa supplica fu da Noi rimessa alla congregazione del Concilio, ed in seguito intesane la coerente informazione, e voto dell' oratore, siccome fu dopo d'istruirne giudizio formale, così gli anzidetti deputati inconsideratamente, in vece di

Preces portate pro suspensione erectionis cappellaniarum volutarum a Biancho

Decretum sac. congregacionis Concilii.

» porre al bel primo in disputa il punto essenziale della causa sulla validità e sussistenza del testamento, o almeno di scinderla in più dubbj stante l'eredità sacra, e profana confusa in tal'asse, si avventurarono coll'unico seguente incongruo dubbio « *An sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis bon. mem. sacerdotis Petri Bianchi in casu etc.* » a cui sotto li 16 maggio del corrente anno 1778 nacque il rescritto = *Negative in omnibus* = per i motivi addotti nell'intera posizione della causa parimente umiliatoci.

§. 6. » In tali critiche circostanze per tanto l'oratore, non potendo permettere l'ulterior dissipazione nella lite da proseguirsi del denaro occorrente alla fabbrica, e riflettendo alle strettezze, in cui si trova, non ostanti le Nostre munificenze, per compire la cattedrale bisognosa di ulteriori sussidj, ha egli pure fatto ricorso alla Nostra clemenza, supplicandoci, acciò in vista dei sopra esposti motivi, e fondamenti bastevolmente dedotti nelle accennate scritture, ci degnassimo di troncargli affatto la suddetta lite, ed usando della Nostra suprema autorità sopra tal causa pia, ci piacesse di sospendere a Nostro beneplacito l'erezione delle cinque cappellanie, o parte di esse, applicando li frutti dell'eredità alla fabbrica, non senza il pagamento degli annui legati vitalizj, sotto l'amministrazione però dell'oratore, e suoi successori pro tempore, come altresì di riservar gli argenti, vasi sagri, ed altre preziose sagre suppellettili a favore della nuova cattedrale, e del predetto oratorio per uso di ambedue giusta le occorrenze, ovvero di prendere in sì critiche emergenze quelle determinazioni, che Noi avessimo credute più espedienti, per così ridurre a termini di equità l'anzidetto testamento, riformar la causa pia, commutandola in meglio, e provvedere alle urgenze della fabbrica fino al suo compimento; e Noi, attese le cose esposteci, volendo prestare la Nostra mano adiutrice al sollevamento delle necessità, in cui si trova la fabbrica della suddetta chiesa cattedrale di Fossombrone dedicata a S. Aldebrando, le quali ci sono pur troppo note, e per altre giuste cause, e motivi, che hanno degnamente mosso l'animo Nostro, ed anche per usare verso monsignor vescovo oratore gli

Bull. Rom. Tom. VI.

» atti della Nostra paterna clemenza, » siamo benignamente condiscesi ad » accordargli la grazia, come in appresso.

§. 7. Avendo pertanto nel presente Nostro chirografo per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato l'intero tenore dell'accennato testamento del pre nominato sacerdote Pietro Bianchi, le cappellanie dal medesimo ordinate, ed altre cose in esso testamento disposte, della risoluzione come sopra presa dalla predetta sacra congregazione del Concilio, la pendenza della lite sopra l'eredità del detto sacerdote Bianchi tra li deputati della fabbrica di detta chiesa cattedrale, e gli esecutori testamentarij della volontà, e disposizione del medesimo sacerdote Bianchi, ed ogn'altra cosa quanto si voglia necessaria ad esprimersi; di Nostra certa scienza e colla pienezza della Nostra suprema potestà vi ordiniamo, che in nome Nostro decretiate in primo luogo, e dichiariate, conforme Noi decretiamo, e dichiariamo, che debba rimanere estinta, e finita la lite pendente in detta sacra congregazione del Concilio tra li deputati della suddetta fabbrica della cattedrale di Fossombrone, e l'eredità del memorato sacerdote Pietro Bianchi.

§. 8. Inoltre decretiate, e dichiariate conforme Noi decretiamo, e dichiariamo, che, restando ferme le prime due cappellanie co'suoi rispettivi cappellani ordinate, e rispettivamente nominati dal medesimo sacerdote Pietro Bianchi nel citato di lui testamento, e fermi altresì restando li legati vitalizj lasciati dallo stesso sacerdote Bianchi con i loro rispettivi pesi, come pure conferito dall'odierno vescovo oratore al sacerdote Pasquale Casoli il legato ordinato dal fu monsignor Palma vescovo predecessore per la custodia dell'oratorio del nominato santo Aldebrando, qual legato dovrà stare in luogo, e vece della terza cappellania ordinata dal detto sacerdote Bianchi a favore del nominato sacerdote Pasquale Casoli, debba nel resto rimaner sospesa per un decennio l'esecuzione dell'indicato testamento del predetto sacerdote Bianchi, e che tutti li frutti dell'eredità del medesimo, sospeso il multiplico per il tempo suddetto di dieci anni, restino applicati, conforme Noi li applichiamo alla suddetta fabbrica

Extinctio litis

Firmis nonnullis legatis, ac dispositionibus decernitur suspensio cappellaniarum ad decennium.

» della cattedrale di Fossombrone , da
 » accrescersi detti frutti anche nel ca-
 » so , che spirassero li suddetti vitali-
 » zj; purchè però questi spirassero du-
 » rante il detto decennio: compito però
 » esso decennio vogliamo, e coman-
 » diamo , che debba continuarsi il
 » moltiplico , e che si eseguiscano le
 » rimanenti pie disposizioni del tante
 » volte nominato sacerdote Pietro Bian-
 » chi in conformità del di lui testa-
 » mento, e della riferita risoluzione del-
 » la sagra congregazione del Conci-
 » lio.

Quoad sacras
 suppellectiles
 decernitur pro-
 miscuus usus
 in magnis so-
 lemnitatibus.

§. 9. In quanto poi alli candelieri
 » d'argento , ed altri sagri utensilj , e
 » suppellettili, ordiniamo, che non pos-
 » sano venderli nè durante, nè compi-
 » to il suddetto decennio , ma debba-
 » no conservarsi nel suddetto oratorio
 » di s. Aldebrando , col peso di dover-
 » li imprestare alla chiesa cattedrale per
 » le festività più solenni; ed ordiniamo
 » altresì , che l'amministrazione de' be-
 » ni ereditarij del predetto sacerdote
 » Bianchi si ritenga dalle persone da
 » esso destinate colla dipendenza però
 » del vescovo pro tempore di Fossom-
 » brone , e con obbligo di renderne
 » conto sempre, che piacerà al mede-
 » simo monsignor vescovo, al quale con-
 » cediamo ancora la facoltà di rimuo-
 » vere le suddette persone da tale am-
 » ministrazione , quante volte vi sia
 » una giusta causa, e così vogliamo, e
 » comandiamo , senza che a questa
 » Nostra volontà, e determinazione pos-
 » sa far mai alcun ostacolo l'enunciato
 » testamento del detto sacerdote Bian-
 » chi, nè altra qualunque cosa , che
 » facesse o potesse fare in contrario, e
 » non altrimenti; in esecuzione pertan-
 » to del presente Nostro chirografo ne
 » proannunciate qualunque decreto, con-
 » cederete in nome Nostro le oppor-
 » tune facoltà, e farete tutto altro, che
 » pel totale adempimento, perpetua fer-
 » mezza, e sussistenza di questa No-
 » stra grazia stimarete essere in qual-
 » sivoglia modo spediente, e necessa-
 » rio: essendo così mente , e volontà
 » Nostra espressa.

§. 10. Volendo , e decretando ,
 » che al presente Nostro chirografo ,
 » quantunque non esibito, nè registra-
 » to in camera, e ne' suoi libri , non
 » possa mai darsi, nè opporsi di sur-
 » rezione , orrezione , nè di alcun altro
 » vizio , e difetto della Nostra volontà,
 » ed intenzione, nè che mai sotto tali
 » o altri qualunque pretesti possa es-
 » sere impugnato, moderato, o rivoca-

» to, e che così, e non altrimenti deb-
 » ba sempre giudicarsi, definirsi , ed
 » interpretarsi da qualsivoglia giudice,
 » e tribunale benchè collegiale, con-
 » gregazioni anche de' reverendissimi
 » cardinali, camerlengo di S. Chiesa ,
 » tesoriere, ruota, camera , e qualun-
 » que altro : togliendo loro ogni fa-
 » coltà , e giurisdizione di giudicare ,
 » definire, ed interpretare in contrario;
 » dichiarando Noi fin d' adesso preven-
 » tivamente, nullo, irritato, ed invalido
 » tutto ciò, che da ciascheduno di essi
 » con qualsivoglia autorità, scientemen-
 » te, o ignoramente fosse in qualun-
 » que tempo giudicato, o si tentasse
 » giudicare contro la forma, e disposi-
 » zione del presente Nostro chirografo,
 » quale vogliamo, che vaglia, e debba
 » avere sempre il suo pieno effetto, ese-
 » cuzione, e vigore colla semplice No-
 » stra sottoscrizione , benchè non vi
 » siano state intese, o citate le persone
 » interessate nell'eredità del prenomi-
 » nato sacerdote Piefro Bianchi, ancor-
 » chè privilegiate , e privilegiatissime,
 » ecclesiastiche, e luoghi più , e che
 » per comprenderle facesse bisogno di
 » speciale, ed individua menzione.

§. 11. Non ostante come sopra il
 » riferito testamento del medesimo sa-
 » cerdote Pietro Bianchi, e le cose in
 » quello disposte, e qualunque proibiz-
 » zione di ricorrere al principe per la
 » commutazione della di lui volontà :
 » come ancora non ostanti la Bolla di
 » Pio IV. Nostro predecessore de re-
 » gistrandis : la regola della Nostra
 » cancellaria de jure quesito non tol-
 » lendo ; ed altre qualsivogliano costi-
 » tuzioni, ed ordinazioni apostoliche
 » Nostre, e de' Nostri predecessori ,
 » leggi, statuti, riforme, usi , stili ,
 » consuetudini, e qualunque altra co-
 » sa, che, come sopra, facesse, o po-
 » tesse fare in contrario , alle quali
 » tutte, e singole avendone il tenore
 » qui per espresso e di parola in pa-
 » rola inserito e registrato, e supplen-
 » do Noi colla pienezza della Nostra
 » potestà pontificia ad ogni vizio , e
 » difetto quantunque sostanziale, e for-
 » male che vi potesse intervenire , per
 » questa sola volta, e per la piena e
 » totale esecuzione di quanto si co-
 » tiene nel presente Nostro chirografo
 » ampiamente, ed espressamente dero-
 » ghiamo. Dato dal Nostro palazzo
 » apostolico di Monte Cavallo questo dì
 » 15 settembre 1778.

Derogatio con-
 trariorum.

Claustrum safe-
 tare, et irritan-
 tes.

Decretum ex-
ecutoriale

§. 12. Volentes itaque injuncta Nobis ab eodem sanctissimo Domino Noſtro papa debitæ executioni demandare: utendo facultatibus Nobis in ipſo chirographo tributis, præfati ſanctiſſimi domini noſtri papæ nomine decernimus, et declaramus, ut extincta, et finita remaneat, et ſit iſis, et cauſa pendens coram ſacra congregatione Concilii inter deputatos, ſeu curatores fabricæ venerabilis eccleſiæ cathedralis Forſempronii, et hæreditatem bon. mem. ſacerdotis Petri Bianchi; item eodem nomine decernimus, et declaramus, ut firmis remanentibus duabus primis cappellaniis cum earum reſpectivis cappellanis ordinatis, et reſpective nominatis ab eodem ſacerdote Petro Bianchi in ejus teſtamento, firmisque pariter legatis vitalitiis a præfato ſacerdote Bianchi relictis cum eorum reſpectivis oneribus, nec non collato per dominum reverendiſſimum patrem dominum modernum episcopum ſupplicantem reverendo domino ſacerdote Paſchali Caſoli legato per bon. mem. episcopum Palma pro cuſtodia oratorii ſancti Aldebrandi ordinato, idque loco, et vice tertie cappellaniæ ad illius favorem a prædicto ſacerdote Bianchi demandatæ, ſuspendatur in reliquis ad decennium executione præcitati teſtamenti ejusdem ſacerdotis Petri Bianchi, fructusque omnes hæreditatis illius, ſuſpenſo ad id tempus multiplico, applicentur, prout applicamus dictæ fabricæ eccleſiæ cathedralis Forſempronii, augendi etiam dicti fructus per expirationem, ac ceſſationem, quatenus interim contingat, dictorum legatorum vitalitiorum: decennio autem completo, continetur multiplicum, ac executioni committantur reliquæ piæ diſpoſitiones prænominati ſacerdotis Bianchi ad formam ejus teſtamenti, ac reſolutionis ſacræ congregationis Concilii; volumus tamen nomine prædicto, ut candelabra argentea, aliaque ſacra uſenſilia, et ſuppellectilia nec durante, nec tranſacto decennio vendantur, ſed conſerventur penes oratorium ſancti Aldebrandi prædictum, cum onere illa commodandi eccleſiæ cathedrali pro feſtitatibus ſolemnioribus; et volumus etiam, ut adminiſtratio honorum hæreditariorum sæpediti ſacerdotis Bianchi reſideat penes perſonas ab eodem teſtatore designatas dependentes tamen a reverendiſſimo episcopo, et cum obligatione reddendi eidem rationem, toties quoties ipſe eam exegerit, nec non cum facultate laudato episcopo dictas perſonas ab adminiſtratione amovendi, juxta

intercedente cauſa; et ita nomine Sanctitatis Suae volumus, et mandamus, teſtamento prænominati ſacerdotis Bianchi, et aliis in contrarium quibuſcumque non obſtantibus, ut fuſius in dicto chirographo exprimitur, et juxta in omnibus et per omnia illius formam, ſeriem, et tenorem: non obſtante, ut ſupra, relato teſtamento dicti ſacerdotis Petri Bianchi, rebus in illo diſpoſitis, et quacumque prohibitione recurrendi ad principem pro obtinenda commutatione illius voluntatis: conſtitutionibus apoſtolicis, legibus, ſtatutis, et aliis, quibus idem ſanctiſſimus Dominus Noſter papa in ſuo præinſerto chirographo derogavit. In quorum fidem etc. Datum Romæ ex palatio Noſtræ reſidentie hac die 18 ſeptembris 1778.

CLXXXIV.

Dispensatio ab uſu quotidiano veſcendi piſcibus, ovibus, et lacticiis, et conſeſſio ſpecialis ſuper eſu carniū ſtatutis diebus favore monachorum ordinis Ciſterciensis congregationis reformatæ ſancti Bernardi.

Dat. die
30. ſeptembris
1778
Anno IV.

Dilecto filio Angelo Mariæ a s. Theresia abbati generali monachorum ordinis Ciſterciensis congregationis reformatæ s. Bernardi.

Pius PP. VI.

Dilecte fili ſalutem, et apoſtolicam benedictionem.

§. 1. Religionis zelus, vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus, et gratiis proſequamur. Sane, ſicut nuper accepimus, ex tui ordinis Ciſterciensis congregationis reformatæ monachorum ſancti Bernardi ſtatutis auctoritate apoſtolica confirmatis in capite XXXIX. omnibus ejusdem ordinis, et congregationis alumnis omni ſtudio, ac ſub graviffimis pœnis, non tamen læthalis, aut venialis peccati, ab eſu carniū temperatio commendatur, ac decernitur; verum quia laudabilis hujusmodi regularis diſciplina, ac obſervatio ob piſcium, ovorumque, ac la-

Ratio diſpenſationis decernenda.

cticiuorum difficultatem in quamplurimis monasteriis non sine multorum timoratae conscientiae religiosorum scrupulo in desuetudinem quasi abiit.

Tenor dispensationis, cum suis declarationibus.

§. 2. Nos propterea, qui Christifidelium, et praesertim religiosorum hominum, qui contemptis seculi illecebris, Deo propius famulare susceperunt, salutem, quantum cum Domino possumus, providere satagimus, eorumque conscientias ab omni scrupulo liberare volentes, ut deinde in laudabilis eorum instituti, ac regularis disciplinae observatione alacriores sese demonstrant; motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine tibi, caeterisque ordinis, et congregationis huiusmodi alumnis tum sacerdotibus, et novitiis, tum laicis, caeterisque omnibus, et singulis religiosi praedicti, qui sub dicta tui ordinis, et congregationis constitutione comprehensi dignoscuntur, cum sexagenarii, ac valetudinarii jam per constitutionem sint exempti, ut singulis diebus, cujuslibet hebdomadae, exceptis tamen diebus Mercurii, si communi mensae accumbant, et toto tempore adventus, in quo nisi abbates generales pro tempore existentes pro eorum prudentia, ac religione aliquos ex religiosi praedicti juxta easdem constitutiones dispensare arbitraverint, super quibus eorum oneramus conscientiam, constitutiones, ac statuta praedicta, salva ac illaesa remanere volumus, exceptis itidem omnibus diebus, in quibus jejunale de jure, vel consuetudine praecipuum incidit, carnes absque ullo conscientiae scrupulo omnibus futuris temporibus libere concedendi, iisque utendi licentiam, et facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et elargimur; ac poenis a statutis praedictis transgressoribus, vel etiam superioribus localibus carnum eorum permittentibus inflictis te, omnesque dictos religiosos, tum eos, qui ante praesentium Nostrarum literarum executionem carnibus vesci ausi sunt, absolvimus, et relaxamus, ac absolutos, et relaxatos fore, et esse eadem auctoritate, earumdemque tenore declaramus. Jejunia insuper, quae ex constitutionibus praedictis in capite **XLI.** a die xiv. septembris ad paschatem Resurrectionis indicta ad dies Mercurii, Veneris, et Sabbati cujuslibet hebdomadae temporis praedicti, qui feriales sint, non festivi, et ad tempus adventus cohibemus. Volentes propterea, ut in caeteris hebdomadae diebus superiores locales,

suis respective religiosi cibos in ea quantitate, ac qualitate, quae illorum prudentia, ac religio eis suggeret, servata caeteroquin christiana religiosa temperantia; quin nec ipsi, nec religiosi praefati poenas a dictis constitutionibus inflictas incarrant, subministrare, iisque respective uti in perpetuum libere, ac licite possint, et valeant.

§. 3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, necnon ordinis, et congregationis praedictae statutis, usibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis, etiamsi de illis, eorumque tota tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, acsi de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus in iudicio, et extra adhibeatur, quae adhiberetur ipsi praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die xxx. septembris MDCCLXXXVIII, pontificatus Nostri anno quarto.

Fides habenda transumptis

Dat. die
2. octobris
1778.
Anno IV.

CLXXXV.

Concessio facultatum ordinariis in ditionibus Avenionensi, et comitatu Venaysino existentibus pro augmento congruæ, et stipendii parochorum, et vicariorum usque ad certam summam cum nonnullis ordinationibus etc.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Præmium

§. 1. **A**d universi Dominici gregis curam nullis Nostris suffragantibus meritis, sed omnipotentis Dei dispositione evocati satis cumulate demandatum Nobis munus implevisse minime videremur nisi stipendia sacrorum ministris debita assereremus, et præcipue animarum pastorum qui excubare, et custodire debent vigilias noctis congruæ substantiationi, ac alias eorum quieti, et tranquillitati consuleremus.

Status parochiarum ecclesiarum in ditione Avenionensi, et Venaysini.

§. 2. Nuper siquidem accepimus in ditionibus Nostris tum Avenionensi, tum comitatu Venaysini curam animarum ut plurimum capitulis, et canonicis ecclesiæ, vel rectoribus prioratuum illic institutorum, aut locis piis primario incumbentem a parochis, seu vicariis quorum nonnulli ad nutum eorum a quibus deputationem reportarunt amovibiles sunt exerceri solere. Verum illis e redditibus ecclesiæ congruam portionem minime esse constitutam, atque ad ordinarios locorum super annuæ assignationis defectu instantias etiam judiciales fuisse delatas. Item quemdam inolevisse usum vicarios qui in titulum perpetuum minime sunt provisi nulla spectata causa a vicaria amovendi, cumque valde inconveniens sit, nec ferendum, quod ii, qui populum illis attributum spiritualibus adjumentis assidue regere debent necessariis careant vitæ subsidiis, aut ad illa assequenda iudicis auctoritatem implorare cogantur, minusque deceat, quod quis e loco sibi credito ita submoveatur, ut nota aliqua illi injusta censi queat. Ob quæ ut etiam accepimus sæpe contingat, quæ magis idoneæ essent, personas ad animarum curam exercendam minime adspirare.

Provisiones capite pro recta animarum cura

§. 3. Ad hisce sane malis, quæ fidelibus spirituale inferunt detrimentum, et ecclesiasticum ordinem vilescent provide occurrendum animam Nostrum adjecimus, atque dilecti filii Nostri La-

zari Opii tituli sanctorum Nerei, et Achillei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præbyteri cardinalis Pallavicini nuncupati, Nostri status a secretis, et congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium super Avenionensi ditione præfecti consilium merito adhibuimus: ipse etenim ea eximia prudentia, et rectitudine quibus eas regiones nomine Nostro moderatur de hisce omnibus diligenti præmissa inquisitione pleve Nos reddit instructos.

Extinctio litium pendentium super defectu congruæ, et stipendiorum.

§. 5. Motu igitur proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine in primis quascunque lites, causas, seu instantias, et controversias et recursus ad Ordinarios locorum in Nostris statu Avenionensi, et comitatu Venaysino super defectibus aut supplementis congruæ assignationis, et stipendii a parochis, et vicariis hactenus motas, et pendentes in statu, et terminis in quibus de præsentis reperiuntur ad Nos avocantes illas penitus, et omnino extinguimus, ac partibus silentium imposuimus perpetuum.

Reintegratur congrua parochorum ad tenentes decreti concilii Tridentini.

§. 4. Porro ex concilii Tridentini mente, ac perspecta super hoc provida dispositione Santi Pii papæ quinti prædecessoris Nostri in constitutione incipiente = Ad exequendum = sub datum Romæ apud s. Petrum anno incarnationis Dominicæ MDLXVII. kalendis novembris pontificatus sui anno secundo emissa, et animo reputantes parochos, et vicarios ipsos terrenis rebus satis instructos eo intentius, et diligentius in spiritualia, et sacra incumbituros juxta etiam ipsius Lazari Opii cardinalis votum præsentium literarum Nostrarum vigore præscribimus, et statuimus, ac mandamus, quod in Nostris statu Avenionensi, et Venaysino comitatu illis parochis, quibus annua assignatio reddituum, et proventuum inferior summæ quingentarum librarum Turonensium hactenus obtigit usque ad annuam summam earundem quingentarum librarum nulla habita ratione emolumentorum, quæ stolæ denominantur, quæque in præmissa summa minime comprehendi volumus augeatur.

§. 5. Quovero ad vicarios sive perpetuos, sive amovibiles animarum curam exercentes annuum stipendium in summa saltem biscentum et quinquaginta librarum similium etiam minime comprehensis stolæ incertis proventibus constitutum esse debeat, eademque assignationes, et stipendia hujusmodi effective ex rata parte fructuum eccle-

Præfinitur stipendium vicariorum exercentium curam animarum.

siarum, vel fundo certo ac tuto, vel in numerata pecunia absque contradictione aliqua tam parochis, quam vicariis ipsis annuatim obvenire debeant. Ad assignationum autem, et stipendiorum hujusmodi augmentum usque ad præmissas summas eisdem parochis, et vicariis respectivè explendum perpetuis futuris temporibus teneantur capitula, et canonici ecclesiarum, et priores, loca pia, ac personæ, quæ principales decimas percipiunt, et quorum nomine parochi, et vicarii animarum curam gerere, et exercere debent; neque per id quod in eodem Tridentino concilio expresse cautum est gravamen aliquod eis illatum arbitrentur. Si vero mensarum capitularium, et prioratum, et priorum locorum redditus adeo exigui essent, ut ad ferendum majus assignationis, et stipendii vel minimum augmentum prorsus impares censerentur, tunc servata sacrorum canonum methodo parochiani ipsi ad complementum earundem summarum cogi poterunt

Præceptum ordinariis perre-
ctum cogendi
parochianos
ad complemen-
tum congruæ.

§. 6. Quocirca venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopo Avenionensi, et episcopis, qui in eisdem statu Avenionensi, et Venaysiao comitatu episcopalem ordinariam exercent jurisdictionem per præsentem specificè, et expresse committimus, et mandamus, eisque facultatem omnem impertimur, ut ipsi singuli videlicet in propria diocesi simpliciter, ac de plano, sola facti veritate inspecta, et absque aliqua figura judicii parochialium ecclesiarum, et vicariarum hujusmodi statum, atque assignationum, et stipendiorum illas hactenus obtinentium, et exercentium summas serio perpendentes si compererint assignationes, et stipendia hujusmodi quoad parochiales ecclesias nulla habita ratione emolumentorum stolæ ad evinciatam summam quingentarum librarum. Quo vero ad vicarias etiam sepositis ipsis stolæ proventus ad aliam summam biscentum et quinquaginta librarum similium minime excedisse. Tunc peculiari Nostro decreto auctoritate Nostra edendo cuilibet ex parochis, et vicariis personalem assignationem ex redditibus mensarum capitularium, vel prioratum, aut locorum piorum a kalendis januarii anni proxime futuri decurrere incipiendo constituunt assignationem ad complementum assignationum hujusmodi; ita quod ab eisdem kalendis januarii parochi quingentas, vicarii vero biscentum et quinquaginta libras Turonenses nulla habita ratione

emolumentorum stolæ annuatim integre sint percepturi.

§. 7. Nec ab ipsorum archiepiscopi, et episcoporum decretis liceat cuilibet appellationem, aut recursum interponere, vel dilationem exquirere sed illa statim ab enunciatis kalendis exequi debeant. E converso vero ad eorundem parochorum, qui assignationis complementum susceptum eorum indemnitati consulendum pensionem annuam, aut onus aliquod ipsis imponi, et auctoritate etiam Nostra, ac apostolicæ Sedis reservari interdiximus, et inhibemus. Si autem, quod vix opinari licet, redditus mensarum capitularium, prioratum, et locorum piorum impares prorsus essent ad suppleendas assignationes, et stipendia, ut præfertur, præscripta, tunc ipsi archiepiscopus, et episcopi parochianos singularium ecclesiarum juris, et facti remediis ad complementum earundem assignationum, et stipendiorum adigant, et obstringant.

Prohibitio provocandi a decretis ordinariarum.

§. 8. Demum ob præmissas magui momenti causas constituimus, et ordinamus, ut quemadmodum parochi, et vicarii quantumvis ad nutum eorum a quibus deputationem reportarunt amovibiles sint, nihilominus non nisi prævio examine, et speciali cum ordinariarum approbatione ad animarum curæ exercitium admitti possunt. Ita in eisdem statu Avenionensi et Venaysiao comitatu parochi, et vicarii, qui amovibiles sunt, non nisi ex spectata causa, et annuente episcopo ordinario amoveri nequeant.

Decernitur etiam cappellanos amovibiles eligendos esse prævio examine, et concursu.

§. 9. Præsentem autem Nostram, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod quilibet interesse habentes, aut habere prætendentes, nec non capitula, et canonici earundem ecclesiarum, aut supradicti priores, aut locorum piorum illarum partium superiores, et personæ, aut supraenunciati parochiani ad hoc vocati, et auditi non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, vel prætextibus de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet suspendi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, vel declarationibus generalibus, vel specialibus quibusvis de causis apostolica auctoritate pro tempore factis minime com-

Clausula salutare.

prehendi, sed semper ab illis exceptas, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, eisdemque parochis, et vicariis, aliisque personis, quorum favorem eadem presentes quomodolibet concernunt perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eisdemque super præmissis omnibus quavis auctoritate molestari, vel impediri, neque ad probationem, vel verificationem quorumcumque in eisdem presentibus literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in iudicio, vel extra cogi, vel compelli posse.

Decretum irritum.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate, vel potestate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, et nuntios sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane respective decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et apostolicis quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum exemptione a quorumcumque ordinariorum jurisdictione concernentibus, et ordinationibus, ac etiam statutis, et consuetudinibus, ac quibusvis conventionibus, et pactis ab iisdem parochis, et vicariis initis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione specialis, specifica, non autem per clausulas generales mentio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum presentibus inserti forent pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmissorum omnium, et singulorum hac vice dumtaxat harum serie specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 12. Ad hoc autem, ut presentes Nostræ literæ amplius innotescant, volumus autem, et eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii

Bull. Rom. Tom. VI.

publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem presentibus adhiberetur si originaliter exhibitæ forent, vel ostensæ.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ præscriptionis, statuti, mandati, commissionis, facultatum, impertitionis, interdicti, inhibitionis, constitutionis, ordinationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo octavo sexto nonas octobris pontificatus Nostri anno quarto.

Sanctio poenalis.



CLXXXVI.

Die 4^{to}
4 octobris
1778.
Anna IV.

Consecratio episcopi Nepesini, et episcopi Cyrenensis habita in basilica sancti Pauli.

§. 1. Quanta animi Nostri iucunditate, venerabiles fratres, ad hoc accesserimus angustissimum templum, vos electos episcopos consecraturi, explicare profecto dicendo non possumus. Plurima enim, quibus insignis hæc Pauli apostoli basilica fulget, decora sunt adeo illustria, et ad sacræ hujus inaugurationis cæremoniam pertinent; ut vel solo ejus adpectu vehementer in Domino commoveamur. Mentis oculis obversatur quantum christiana ecclesia, in qua episcopi positi estis, fuerit a beato Paulo gestis, et scriptis provecta; et tamquam fulgentissimo sidere collustrata. Synagogas, veritatis luce, ipse confudit; Jesu Christi nomen videntes invexit; paganam philosophiam perstrinxit, ac vicit; idololatriam suo tamquam e solio deturbavit, omniumque christiano nomini superbe adversantium arrogantiam depressit. Quantis se objecit periculis! quantos labores, doloresque pertulit! quas minas, quas pœnas, cruciatusque non contempsit? quas difficultates, quæ impedimenta invictissimo animo non superavit, ut apostolatus, quem a Domino suscep-

Proomium

rat, cursum, sine ulla conandi, certandique intermissione consumaret? Etsi vero Damascum, Corynthus, Ephesum, Thessalonicam, multasque præterea urbes, ac provincias, quin et universum orbem plurimum Paulo debere exploratum sit; fatendum est tamen maxima, et singularia plane beneficia in Romanam hanc urbem ab ipso fuisse collata. Ad Romanos epistolam scripsit, sublimioribus fidei nostræ mysteriis ita refertam, ut ideo fortasse ceteras ordine præcedat; ac vere dixerit Hieronymus: (1) ad ipsam enarrandam multa, et magna volumina scribi oportere. Ubi autem divinæ providentiæ consilio contigit, ut per ipsas calamitates in urbem deductus esset; quid tum non egit, quo cæleste civitati lumen ostenderet? *Mansit biennio toto in suo conducto; et suscipiebat orones, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, et docens quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni fiducia; suadensque eis de Jesu ex lege Moysi et prophetis, a mane usque ad vesperam* (2). Eo tandem caritatis suæ ardore progressus est, ut solum hoc Romanum, quo aptius ad fidei radices recipiendas, fructusque proferendos esset fecundius, suo sanguine irrigaret.

Jamvero quis hæc animo repetens, ad ipsius sepulcri, immo tropæi conspectum non commoveatur? Quis eum uti parentem non diligat? Quis uti magistrum non observet, colat, veneretur? Sed ad ejusdem cultum, obsequiumque tanto magis accendi quisque debet, quanto se plurimum beato Petro commendat; in quem ejusmodi erga Paulam pietatem non mediocri ex parte referri, ac reducere putandum est. Utriusque magna fuit, dum viverent, animorum, studiorumque conjunctio; maxima vero hic Romæ laborum, vinculorum, perperessionum omnium, mortis denique, seu potius triumphæ societas, ut merito adseruerit Augustinus: *illi duo (Petrus et Paulus) unum erant*: (3) itaque gratum, acceptumque alteri sit oportet quicquid honoris defertur ad alterum. Hinc Pauli

memoriam a celebratione dierum, Petro sacrorum, Ecclesia non disjungit; ac vicissim meminisse Petri in Pauli festis jure consuevit. In ipsa etiam sacrorum liminum visitatione, quam obire jubentur episcopi, par religiosi officii tributum utrique persolvitur.

§. 2. Hæc Nobis animo sæpe versantibus jucundissimum esset, prout antiquitus in more, institutoque prædecessorum Nostrorum positum erat, (1)

Memoratur
usus explendi
plures sacras
functiones in
basilica s. Pauli

(1) Die natali ss. apostolorum Petri et Pauli Romanos pontifices olim primam in basilica s. Petri in Vaticano, deinde in altera apostoli Pauli via Ostiensi sacrum solemniter fecisse, a Prudentio proditum *Peristeph. hymno XII. de passione apostolorum Petri, et Pauli*:

*Adspice; per bifidas plebs Romula
funditur plateas:*

*Lux in duobus fervet una festis.
Ibimus ulterius, qua fert via pontis
Hadriani;*

*Lævam deinde fluminis petemus.
Transiberina prius selvit sacra
pervigil sacerdos:*

Mox huc recurrit, duplicatque vota.
Consonat liber sacramentorum Rom. eccles. a s. Gelasio I. papa, uti videtur, concionatus: etenim III. kal. julii habet missam *in natali s. Petri proprie*, quæ in Vaticana, et aliam item *in natali s. Pauli proprie*, quæ in ejus basilica via Ostiensi celebrabatur; præter tertiam de utroque apostolo communem, in aliis forte urbis ecclesiis recitandam, uti conjicit ven. card. Thomasius, *præfat. ad eundem librum pag. VI. et VII. tom. VI. oper. post. Rom. edit.* Qua vero celebritate, sequiori postea tempore, pridie kalend. julii recoleretur beati Pauli commemoratio, cujus auctorem Magnum Gregorium facit Micrologus, *cap. XLII. de ecclesiast. observat.*, consentientibus illius sacramentariis; præstat distincte cognoscere ex Benedicto, ineunte seculo XII., canonicò s. Petri, cujus ordinem, seu ritualement librum, qui *Pollicitus* inscribitur, exhibet Mabillonius *to. II. Mus. ital. p. 118 seq. edit. Paris. an. 1724.* In festivitate s. Pauli vadit pontifex illuc cum omnibus scholis. *Facit vespas, et habet cum omnibus cenam de ecclesia. Perfecta cœna, intrat ad vigiliam . . . post responsorium in quarta lectione surgit do-*

(1) *Epist. ad Algasiam alias CLI., in edit. Vallarsii CXXI. cap. VIII. tom. 1. oper.*

(2) *Actor. XXVIII. 23. 30. 31.*

(3) *Serm. CCXV., al. de Diver. CVIII. cap. VII. tom. V. parte II. oper. edit. Paris. monach. s. Mauri.*

ac deinceps per s^{el}. rec. Sixtum V. in-

stauratum, (1) crebro hanc basilicam

minus pontifex, et intrat ad arcam altaris s. Pauli, ubi est foramen in fundo arcæ super corpus apostoli. Discooperto eo, mittit manum deorsum, et apprehendit thuribulum in unco plenum carbonibus, et incenso, et trahit foras. Incensum, et carbones dat archidiacono: archidiaconus autem dat per populum, hac ratione, ut quicumque febricitans devote in fide apostoli ex his biberit, sanetur. Iterum replet thuribulum de carbonibus, et ponit super eos candellam vitream plenam incenso: accendit carbones, et candela incipit bullire: et reponit thuribulum in prælibato unco, et cooperitur foramen arcæ a pontifice super corpus ejus ... Mane pontifex celeberrime cantat missam. Hactenus Benedictus, cit. loco n. 69. Pontifices autem inter missarum solemniam sermonem præterea ad populum interdum habuisse, certo argumento est sermo in festivitate s. Pauli, quem vulgavit primum p. abbas Jo. Chrysost. Trombellius in *Veterum pp. Latinorum opusculis tom. 11. part. 1. pag. 245.*; edidit iterum Ballerini fratres in *appendice sermonum s. Leonis M.*, (cujus nomen perperam in quibusdam codd. præfert) to. 1. oper. col. 444. sequ. Stationum quoque causa Pauli basilicam pontifices antiquitus adivisse, plane compertum est; quantum enim ex veterum librorum inscriptione intelligimus, habita fuit a M. Gregorio in basilica s. Pauli, dominica in sexagesima, XV. Homiliarum XL. in evangelia (tom. I. oper. edit. Paris. monach. s. Mauri col. 1488.); quarum viginti, teste Joanne Diacono in ejus vita, lib. 2. cap. 18. et lib. 4. cap. 74., s^s. Pontifex, dum adhuc ad loquendum voce, statuque sibi sufficeret, per stationes discurrens . . . diverso tempore coram populo declamavit; reliquas vero eiusdem numeri dictavit quidem, sed læssente stomacho languore continuo, aliis pronuntiare permisit.

Recentiore memoria Innocentius VIII. anno 1487., ut ex diario Burchardi, fer. V. die 25. januarii fest. conversionis s. Pauli apostoli, in mane, præcedentibus ipsum cruce, et cardinalibus, equitavit per viam campi Floræ, plateæ Judæorum ad s. Paulum; Bull. Rom. Tom. V. 1

et cappellæ interfuit, R. P. D. Leonardo ep. Albinganensi vicario papæ missam celebrante.

Idem rursus anno 1490. sabbato 23. mensis januarii in mane cardinalibus omnibus, in palatio apostolico convocatis, significavit concordiam per regem Hispaniæ habitam cum rege Granatæ. Propterea ibidem in congregatione decretum, quod feria secunda mediate sequenti, fest. conversionis s. Pauli apostoli, una missa solemnissima in basilica s. Pauli extra muros urbis de Spiritu Sancto per aliquem prælatum, papæ, et cardinalibus præsentibus, celebraretur. Quæ tamen dicta die celebrata fuit in basilica Vaticana ad altare s^s. Andreæ, et Gregorii, propter maximam pluviam ab aurora usque ad meridiem, et ventum vehementem.

Julius II., Paride Grassi in diario referente, anno 1506. per dies octo ante festum conversionis s. Pauli apostoli, cupiens in die ipsa ire solemniter ad ecclesiam s. Pauli, mandavit, ut pro equitatione præpararetur, et etiam pro missa ibi solemniter per cardinalem celebranda super altari principali, et majori, sub quo s^s. apostolorum Petri, et Pauli corpora requiescunt. Festo autem conversionis die ad s. Paulum solemniter equitatu profectus, cappellam ibi habuit: Cardinales in totum fuerunt triginta, computato celebrante.

(1) Constit. egregia populi Romani, XXXIII. ord. to. VI. parte IV. Bull. rom. novis. rom. edit., qua inter cetera decernitur: ut II. dominica quadragesimæ, IV. adventus, et die conversionis s. Pauli pontificalis cappella ad s. Paulum in posterum habeatur. Quod ut commodius, ac decentius fieri posset, Sixtus quædam auferri jussit inter ciborium, uti vocant, et tribunam, seu absidem interjecta, referente Crescimbenio lib. VII. cap. 35. hist. basilicæ s. Mariæ in Cosmedin. Statis porro diebus constitutis cappellis, senectuti suæ minime parcens, constanter, et perpetuo deinceps interfuit, uti proditum in diariis Pauli Alaleonis ceremoniarum magistri, e quibus hæc excerpta sunt.

Anno 1587. die 25. januarii, quæ fuit dominica septuagesimæ, in festo con-

adire, in eaque sacris operam dare: sed

versionis s. Pauli, fuit cappella, quæ est una de adjunctis a ssimo D. N. Sixto papa V. et prima vice fuit facta in hac die a multis abhinc annis in ecclesia s. Pauli: et missam cantavit super altari erecto retro altare majus dictæ ecclesiæ illmus, et revm̄us dom. cardinalis De Ruvere in paramenti albis cum oratione de s. Paulo, et oratione s. Petri, absque oratione, et commemoratione dominica septuagesimæ, præsentem summo pontifice, qui venit a loco paramentorum, qui fuit in cappella s. Martini accommodatus, pedester, inductus amictu etc. et mitra pretiosa; et caudam tulit orator Gallicæ, præsentibus vigintiseptem cardinalibus in cappis, et subtanis rubris pro solemnitate festi in ecclesia propria, quamvis hoc festum venerit in dominica septuagesimæ.

Die 22. februarii dominica II. quadragesimæ, fuit statio, et cappella ad s. Paulum, et pontifex a palatio apostolico in lectica vectus, venit ad ecclesiam s. Pauli, cui cardinales in porta dictæ ecclesiæ obviam iverunt... missam cantavit illmus card. Sarnanus in paramenti violaceis præsentem pontifice, qui venit pedester indutus amictu etc. et mitra simplici cum aliquibus perlis parvulis; et caudam tulit orator Gallicæ præsentibus, absque ipso celebrante, vigintiquinque cardinalibus in cappis violaceis.

Die 20. decembris dominica IV. adventus fuit statio, et cappella ad s. Paulum, missam cantavit illmus card. Sarnanus, præsentem papa, qui venit a cappella s. Martini, ubi accepit paramenta, pedester; caudam tulit orator Gallicæ, præsentibus triginta sex cardinalibus in cappis violaceis ex camelotto, absque ipso celebrante.

Ex iisdem diariis constat, habitam fuisse cappellam ad s. Paulum, præsentem pontifice.

Anno 1588. die 25. jan. fer. II., fest. convers.; 13. martii domin. II. quadrag. et 18. decembris, domin. IV. adventus.

Anno 1589. die 25. jan fer. IV. in fest. convers.; ac 26. febr. domin. II. Quadrag.

Deinde quæ gesta fuerint ad diem usque 27. augusti anno 1590. qua Sirtus fato cessit, diaria silent.

si huic Nostræ obsequentissimæ cupiditati minime satisfacimus, id horum temporum tribuendum est consuetudini, quæ sacri decoris gratia, non exiguum pontificium comitatum, adparatumque requirit; cui cum sæpe et anni intemperies, et longioris viæ difficultas impedimento essent, alias oportuit sacris celebritatibus peragendis ecclesiæ subrogari. Illa tamen Nobis assidua inerit animo cura, ut Nostro huc non infrequenti, quoad fieri poterit, accessu, palam saltem fiat, quo in Paulum cultu, studio, pietate simus; quantum ejus ope, præsidioque nitamur; quam sæpe illa Chrysostomi verba mente, atque ore revolvamus (1) *Quis mihi nunc dederit, ut corpus Pauli circumplectar, ut sepulcro hæream, quæ pulverem videam corporis illius, quæ Christo deerant, adimplentis, stigmata illa gestantis, prædicationem ubique disseminantis? Pulverem, inquam illius corporis, per quod ubique discurrere*

Postremum Benedictus XIII., uti in diaria retulit cæremoniarum magister Ignatius Reali, anno 1725. die 3. maii, a prandio, hora 19. cum dimidio in suo sexjugo curru perrexit ad basilicam s. Pauli extra muros, translationem facturum ab antiquo altari ad novum sacellum imaginis prodigiosissimi Crucifixi, s. Birgittæ nuncupatæ; atque, inter cetera, pedester incessit post thalamum, quo imago delata fuit, cum intorticio præmanibus accenso, sequentibus Emis cardinalibus Zondadario, Belluga, de Comitibus, et de Marinis; necnon præsulibus et populo immenso.

Die 10. junii, dominica, de mane sella vectus usque ad portam s. Pauli, et in hi in curru consueto viatorio compositus, accessit ad ejus basilicam; in qua consecravit novum altare ssimi Crucifixi, et munus solemnibus benedictionis impendit rino p. Porzicæ abbati monasterii dictæ basilicæ (postea episcopo Bergomensis, et S. R. E. card.) adsistentibus rev. pat. DD. Sebastiano de Molfetta abbate montis Casini, et Placido Pezzancheri abbate Casemaris. (postmodum episcopo Imeriensi, ac dein Tiburtino)

(1) S. Jo. Chrysostomus homil. XXXII, in epist. ad Rom. tom. IX. oper. edit. Paris. monach. s. Mauri pag. 757.

bat? Pulverem corporis, per quod Christus loquebatur, et lux splendebat omni fulgore clarior, et vox exiliebat quovis tonitru dæmonibus terribilior; per quod beatum illud dictum emittebat; cupio anathema esse pro fratribus meis; per quod loquebatur coram regibus, nec erubescerat; per quod Paulum didicimus, et Pauli Dominum?

§. 3. Utinam hoc Nostræ devotionis exemplo fideles ad eam erga Paulum pietatem excitentur, qua olim non Romani modo, sed omnes undique christiani ad hoc ejus sepulcrum frequentissimi confluebant (1). Et quamvis antiqua illa non perduraverit ad hoc ævum porticus, quæ a porta Ostiensi usque ad hanc basilicam pertingebat, et qua eam adeuntibus cæli injuriæ arcebantur (2); illud tamen verissime affir-

(1) Innumeris ferme antiquitatis ecclesiasticæ monumentis, quæ instituta a remotissimis usque regionibus peregrinationes ad apostolorum Petri, et Pauli sepulcra testantur, dignissimus sane, qui adjungatur, sermo in festivitate s. Pauli, cujus antea meminimus; in illo enim legimus, cap. 1. tom. 1. oper. 5. s. Leonis edit. Ballerin. col. 444. Nulla debet, dilectissimi quemquam Christianorum ad occurrendum huic venerandæ ecclesiæ, ubi sanctum ejus quiescit corpus, desidia irretire corporis. Præcipue autem cunctos Romanæ urbis, et finitimis commorantes regionibus, quantocius accelerare præ omnibus congruit. Quoniam si universi de extremis mundi partibus neque austeritatem acerrime itineris, neque prolixitatis terræ spatia metuentes, eo, quo valent, tempore apostolorum se devote præsentari inhiant ad limina; quid Romani cives excusationis proferre possunt in eo, quod præsentialiter assistentes dissimulant saltem eorum occurrere festivitati dum se eorundem apostolorum precibus, defensionem tueri noscuntur, et ope.

(2) Istiusmodi porticus diserte meminit Procopius cap. IV. lib. II. de Bello Gothico pag. 396. Par. reg. edit. an. 1662. templum est Pauli apostoli, quod a mœnibus Romæ stadiis XIV. distat. Alluitur fluvio. Tiberi, nullis septem operibus. Quamquam ab urbe pertinet ad templum hoc porticus, et vicinia utriusque ædificia faciles negant ad locum aditus. Eandem porro, VIII. labente seculo, Hadriani I. p.

mandum est: cum de pietate agatur, certis diebus, aut legibus non alligata, cuique ex suo affectu, arbitrioque ejusdem exercendæ faciliem constare posse rationem. Ipsa etiam Ostiensis via expeditiores quodammodo, alacrioresque ad Pauli ecclesiam properantium gressus efficere poterit. In ea enim plurima sacrarum rerum monumenta passim occurrunt oculis, animosque varia specie religionis oblectant (1); quæ perlustrantes, atque animo volventes, in cælestium contemplationem paulatim inducunt, omnes itineris labores, incommoda omnia facile sibi vel sublata, vel saltem levia sentient; sicuti s. Carolo Borromæo usuyenisse novimus, qui in hujusmodi rerum cogitatione defixus adeo hærebat, ut obvium quemque vix salutaret (2). Reminisci præterea per viam poterunt, quanta olim fuerit ipsorum seculi principum in beatum Paulum veneratio, qui cum ejus sepulcro adolvi non possent, sacras tamen, quas penes se haberent, reliquias tanto studio expelebant, ut a summis pontificibus exire postularent, et lintea, vel

m. curam instauratam esse, certo cognoscimus ex ejus vita in libro pontificali tom. I. Anastasii p. 264. Rom. Blanchin. edit. porticum vero, quæ ducit ad beatum Paulum apostolum a Porto (Vignolius legit a Porta) una cum Ecclesia s. Eupli usque ad prædictam basilicam s. Pauli a novo restauravit. Porticus, quas navalium commodo, et ornamento extra portam Trigeminam, seu Ostiensem, Romani faciendas curaverant, pluries memorat Livius, ac præsertim lib. V. dec. IV. et V. dec. V., hasce tamen alias longe ab illa fuisse, cujus Procopius, et auctor vitæ Hadriani meminere, facile quisque intelligit.

(1) S. Salvatoris ecclesiam; ædiculam, indicem loci, in quo s. Paulus caput gladio ad aquas Salias suppositurus, a Petro sejunctus fuisse fertur; s. Francisæ Romanæ vineam, aliaque cum veteris, tum recentioris ævi hujusmodi monumenta, quæ ad fidelium pietatem vel excitandam, vel fovendam plurimum valent, distincte persequitur Aringhius Romæ subterr. lib. III. cap. II. Severanus de septem urbis Ecclesiis part. I. pag. 382. sequ. alii.

(2) Giussani vit. s. Caroli Borr. lib. III. cap. VI.

Quam bonam sit ad basilicam ipsam venire ostenditur.

oleum, quæ tumulo fuissent adposita pretiosi muneris loco haberent, uti Constantinæ Augustæ præsertim, Brunichildis Francorum, et Theodorelindæ Longobardorum reginæ exempla demonstrant (1).

Hæc venerabiles fratres, quæ ad Nostram potius in beatum apostolum pietatem, quam ad vestræ consecrationis solemnitatem, pertinere alicui forte videri poterunt, plures, inter cæteras, declarant rationes, cur ad eandem peragendam templum hoc delegerimus; et quod valde interest, etiam admonent, id vobis in posterum magnopere enitendum, ut singula vita, et moribus exprimat, quæ de episcoporum officii in suis ad Titum, et Timotheum epistolis a Paulo tradita sapientissime fuerunt.

Laudes anti-
stis Nepesini,
et Sutrii.

§. 4. Quod autem ad te singulari quodam modo adinet, Nepesine, et Sutrine antistes, quem primum sejunctim alloquimur, post tibi propositum episcopalis vitæ ab ipso Paulo episcopis omnibus traditum exemplar, peculiaris s. Pii V. documenta adjungimus, qui tres, et amplius, annos in cathedra, quam nunc ipse conscendit, sanctissime sedit (2). Hisce illum te verbis affari voluisse existima, quibus Christophorum Palentinum, et Antonium Agriensem episcopos olim informavit (3): *Considera, frater mi, diligenter, ac perpetuo recogita post brevem fragilis hujus, et mortalis vitæ cursum de grege tibi commisso summo, et æterno pastori, eidemque tremendo, ac terribili judici rationem te reddere oportere, Da igitur operam, ut cum in ejus divino conspectu fueris constitutus, fidelis servi mercedem, non autem pigri, et negligentis mercenarii pœnam consequaris. Sit vita tua clero, populoque fidei tuæ commisso, tamquam exemplar quoddam sanctitatis ad imitandum proposita. Te non minus mali timeant, quam boni dili-*

gant. Alteri te mansuetum; alteri severum cognoscant. Nullus te hominis aut metus, aut auctoritas ab eo, quod bonum, honestumque est, detertere valeat. Esto de animarum lucro sollicitus: pietatem, hospitalitatem, misericordiam sectare; terrena, mundanaque contemne, ut ad cœlestia, atque æterna pervenire merearis.

His ipse animi dolibus præcellere debes, easque ad ecclesiam tibi desponsatam asferre; quibus nimirum sanctissimus antecessor tuus omnino instructos esse debere episcopos judicavit. Atque ut id assequi valeas, quo humanæ naturæ imbecillitas pervenire non potest, enitere obsecrationibus ad illum tuis, quo te suo apud Deum patrocinio sustentet, et protegat. Exaudiet profecto pro illius ecclesiæ utilitate deprecantem, quam dubitare non possumus, quin in suam tutelam, præsidiumque susceperit. Omnium vero maxime illud sit infixum animo tuo: eisi plurima semper ab episcopis sollicite curari, atque agi necesse sit; potissimum tamen, atque assiduum ab ipsis dandam esse operam orationi; quod quidem aptius, quam sancti Bernardi verbis offerre, magisque commendare non possumus (1): *utilis, inquit, lectio, utilis eruditio est; sed multo magis unctio necessaria, quippe quæ sola docet de omnibus. Unde autem scire videbitur, quæ sit voluntas Dei bona, et beneplacens, et perfecta, qui nec pulsare, nec quærere, nec petere consueverit?*

§. 5. Verum ex his omnibus, quæ tibi in episcopatum ingredienti damus, monitis, quanto Nos ipsi affici timore debemus, dum ad Nos eadem multo potiori jure pertinere, ac referri agnoscimus. Nos sanctissimi pontificis Pii nomen gerimus; illius etiam sumus non in singulari aliqua, sed in universa regenda catholici orbis Ecclesia successores: *Cum omnibus pastoribus cura communis est, neque cujusquam administratio non nostri laboris est portio:* (2) Pares illi sumus dignitate, munere, po-

Monitum salutare.

(1) Confer magni Gregorii *epist. XXX. et L. IV. lib. VI. 10. II. oper. col. 711; ac 828. al. cit. edit.*; atque notationem de olea ss. martyrum cum adjuncta Muratorii *disquisitione tom. II. Anecdotorum latinorum pag. 191. sequ. edit. Mediol.*

(2) *Gabuti. de vit. et reb. gest. s. Pii V. lib. 1. cap. 4.*

(3) *Epist. I. lib. I. et XXXIII. lib. III. inter collectas editasque a Francisco Gouban Antuerpiæ anno 1640.*

(1) Apud Gaufridum abbatem in *declamationibus de colloquio Simonis cum Jesu*, quas ipse ex sermonibus sancti Bernardi collegit *num. XV. tom. V. oper. s. Bern. col. 291. edit. Paris. Mobil. anno 1660.*

(2) *S. Leo M. Serm. V. cap. 2. tom. 1. oper. cit. edit.*

testate; at proh! quantum pietate, et caritate dispares! et ab illius virtutum exemplis, quæ ceteris proponimus, vitæque imitatione distamus! si qui sane sunt ad ejus vestigia sanctitatis sedulo persequenda vehementer excitandi; hi primum Nos ipsi sumus, quos ea præcipue ratione, quod gradu ceteros anteuimus, et ipsa suscepti operis magnitudo creberrima est offensionis occasio (1), eniti studiosius oportet, ut eadem ante alios videamur esse consecrati; et re ipsa, Nostraque opera præstemus, quod a fratribus exquirimus. Si enim velut æsonans, aut cymbalum tinuens aliis prædicamus; maximo certe in metu de Nobis, ne ipsi reprobi efficiamur, esse debemus. Verum gravissimam hanc animi Nostri, ad ceteras sollicitudines adjuuctam, de Nobis formidinem, una divinæ miserationis cogitatione minuimus, et solamur; inque vestris, qui adestis, ac fidelium omnium fuis ad Deum pro suo parente ac pastore votis; Petri, Pauli, et Pii etiam pro suo successore patrocinio spes nostras omnes, opesque collocamus, sperantes orationibus ipsorum esse præstandum, ut Deus misericordiarum ministerii Nostri tempora benignus aspiciat, pastoremque ovium suarum custodire semper dignetur, et pascere. (2).

§. 6. Sed jam, quod reliquum est, animum huc adverte, Cyrenensis præsul, et brevem hunc excipe, sed depromptum ex paterna in te caritate sermonem. Tu plures annos operam, officiumque huic sacrosantæ Pauli basilicæ contulisti una cum sodalibus tuis, monachis nempe Cassinensis, uti vocant, congregationis, quæ sancti Benedicti institutione, ac nomine gloriatur; cujusque fidei jamdiu prædecessores Nostri ecclesiam hanc procurandam, tuendamque tradiderunt. Nos quidem in hanc societatem præclare ac singulariter propensi sumus; ut proinde in summo etiam pontificatu penes Nos retinere abbatiam Sublacensem voluerimus, ejus nimirum loci, prope quem ordinis tui parens, et auctor Benedictus prima ipsius fundamenta jecit, pluribus circum extractis monasteriis, triginta, et ultra, annorum spatio, quo ibidem est, antequam ad Cassini montem demigraret, commemoratus. Illo in cœtu, cui te ipse a primis adolescentiæ annis addixisti,

exulta a te scimus studia tanto cum profectu, quantam ex editis jam Incubrationibus laudem publice consequutam esse cognoscimus. Tua propterea merita Nostro etiam iudicio cumulanda esse arbitrati sumus; teque ad episcopalem dignitatem eveximus, ut in te oruando in hoc itidem monasterium ejusmodi beneficium Nostrum redundaret. Antiquitus præclaros e monastico ordine viros ad honorarios episcopatus, sine ullo peculiari ecclesiæ titulo, interdum evectoros esse, ecclesiasticæ historiæ annales produunt (1); quæ tamen disciplinæ ratio deinceps est immutata, nemine nunc ad episcopalem consecrationem admissio, cui non aliqua committatur ad præsidendum ecclesia, vel saltem præsidendi jus detur, si illam sub infidelium potestate esse contingat.

Hos ipsos, qui titulares nuncupantur, episcopos nonnulli vehementer improbarunt; haud tamen abrogandos, sed ipsorum potestatem certis finibus coercendam, Tridentinæ synodi patres sapientissime judicarunt (2): rati nimirum privandam non esse ecclesiam jure, potestateque illas etiam dioceses, quæ ab infidelibus occupatæ sunt, conferendi; earundem memoriam in ecclesia perpetuo retinendam, ne diuturno silentio interceptorum per hostilem injuriam episcopatum nomen, et antiquum jus obruatur; oportere denique aliquem existere, cui singulariter incumbat, si non regere captivam illam miseri gregis portionem, preces saltem, ac lacrymas pro eadem ad misericordiarum patrem adsidue effundere. Neque secus prædecessor Noster Clemens V. antea existimavit; namque factas sine apostolicæ Sedis auctoritate hujusmodi episcoporum electione dumtaxat prohibuit, eo sane consilio, ne instabilitate vagationis, et mendicitatis obprobrio, serenitatem pontificalis dignitatis obnubilarent (3). Nonnulla præterea, quæ ad hanc rem pertinere possunt, attingit fel. mem. Benedictus XIV. in epi-

Landes episcopi
Cyrenensis.

(1) S. Leo ibid.

(2) S. Leo eod. Serm. cap. V. in fine.

(1) V. inter ceteros Sozomenum *Hist. Eccles. lib. VI. cap. XXXIV. pag. 691. Paris. Val. edit. an. 1658., et Nicephorum Callistum Eccles. Hist. lib. II. cap. XL. tom. I. pag. 202. edit. Paris. an. 1630.*

(2) Concilium Trident. Sess. XIV. de Reform. cap. II. et card. Pallavicinius *Hist. lib. XXI. cap. VI. et VIII.*

(3) Clementin. in plerisque de elect.

stola, quam die 4 augusti 1747 (1) dedit ad dictum filium Nostrum Carolum Victorium Amadeum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem a Lanceis, cum ipsi archiepiscopatus Nicosiæ titulum contulisset.

Salutaria monita.

§. 7. Atque hic peropportune quidem in jucundissimam amplissimi hujus cardinalis mentionem incidimus; cujus profecto nomen Nos numquam sine eximia laude commemorare possumus, ac debemus. Viget apud omnes ipsius meritorum, doctrinæ, virtutisque existimatio; sed apud Nos præcipue illa viget, qui præ ceteris cognitum, ob intimam Nostram cum eo consuetudinem, habemus. Quod semper in ipso perspeximus summum religionis, ac sapientiæ studium, in apostolicam hanc Sedem cultum, atque in Nos amoris, pietatisque observantiam singularem; æquum omnino videtur esse, ut eum hoc publico pontificiæ commendationis præconio prosequamur. Te vero cum ille sit intimo semper humanitatis, ac benevolentie sensu complexus; certi profecto sumus, majoremque in modum lætamur, ingentem ab ipso nunc tuæ hujus dignitatis causa lætitiæ esse perceptam.

Ut vero ad argumentum, a quo paulo digressi sumus, revertamur, si tibi, venerabilis frater, cum episcopali hoc gradu una gerendum pastolaris sollicitudinis onus hactenus impositum non est; nulla tamen omnino subesse cuiquam de te potest superius memoratæ vagationis, et mendicitatis suspicio, cum addictus sis nostræ Vaticanæ bibliothecæ, a Nobisque jam ea proventus accessione auctus, quam satis esse tibi ad decenter tuendum hunc dignitatis locum judicavimus. Quos aue consilio efficere etiam voluimus, ut in hac principe Catholicæ religionis urbe titularium episcoporum auctior esset numerus, qui et sua opera præsto esse possent ad solemniora in ecclesiis festa peragenda, et sua item præsentia frequentiores, orationesque redderent Nostræ pontificiæ sacelli celebritates.

Collatio tituli Cyrenensis.

§. 8. Cyrenensem, cujus tibi titulum contulimus, ecclesiam in pentapoli Lybiæ sub Alexandrino patriarchatu olim perinsignem, a Marco evangelista constitutam, et Simonis apostoli

prædicationibus illustratam perhibent (1); episcopis præterea sanctitatis, et martyrii gloria insignibus floruisse (2). Neque huc immerito fortasse referunt Simonem illum Cyrenæum, qui *euntibus cum Jesu turbis ad locum poenæ, inventus est in quem lignum Crucis transferretur a Domino; ut salvatoris opprobrio non Hebræus quisquam, nec Israëlita, sed alienigena subderetur; et tali facto præsignaretur gentium fides, quibus crux Christi non confusio erat futura, sed gloria* (3) viros certe extulit cum divinis charismatibus, tum lite-

(1) Conf. Nicephorum *eccles. hist. lib. II. cap. XL. XLIII. tom. I. pag. 202. 209. cit. edit.*; aliosque plures, quos diligenter adlegat Emanuel a Schelstrate *antiq. eccles. illustr. tom. II. pag. 246. 361.*

(2) Theodorum Cyrenæ in Lybia episcopum, qui in persecutione Diocletiani sub Digniano præside plumbatis cæsus, et lingua abscissa, in pace tandem confessor occubuit, memorant in nonas julii martyrologium Romanum, et Græci in Menologio. Huc quoque nonnulli referunt Rufam martyrem, cujus, præter Rom. martyrol., meminere Beda, Usuardus, Ado, et alii xv. kal. januarii; eundem enim putant cum Rufo, filio Simonis Cyrenæi, de quo Marci XV. 21. Sed nullo certo teste, uti videtur Tillemontio nota XXXII. histor. Domini Nostri Jesu Christi.

(3) S. Leo M. *serm. LIX. cap. V. col. 227. tom. I. oper. edit. Baller. Sunt*, qui de Simonis patria dubitant; vel ortum, natumve malunt sive Cyrenæ Syriæ, sive ea, quam in Cypro insula comminiscuntur: plerique tamen Cyreni Libyæ tribuunt. Incertum etiam nonnullis videtur, Judæusne, an Gentilis fuerit; sed Judæum putant recentiores: contra tamen Gentilem affirmant Leo M., Hilarius Pictav. *comment. in Matth. num. IV. col. 748. oper. edit. Paris. monach. s. Mauri*, Ambrosius *lib. 10. in Lucam, num. 10. col. 1527. tom. I. oper. edit. Paris. monach. s. Mauri an. 1686.*, alique veterum, existimantes crucis Dominicæ translatione in Simonem alienigenam figurate, et mystice significatum; fore, ut non credentibus Judæis, Gentiles Christi crucem amplecterentur.

(1) In ejus Bullario *tom. II. num. XXXVI. pag. 303. seq. Rom. edit.*

raram laude percelebres. Ceteris missis Lucium Cyrenensem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetam, et doctorem Lucas meminit (1). Quantum vero disciplinarum omnium, philosophiæ præsertim peritia, excelluerit Synesius Ptolemaidis episcopus, civitate tamen Cyrenæus (2), quæ adhuc extant, pluriesque

edita ipsius opera declarant. Evoptium quoque, ejus fratrem, et in episcopatu successorem veteres cum laude commemorant (1). Viris his, qui antiquitus Cyrenensem ecclesiam, civitatemque illustrarunt, tu nunc adjungeris, venerabilis frater; neque enim dubitamus, si eorum merita præ oculis semper habeas, atque insistas exemplis, quin eum sis numerum majoribus in dies et pietatis, et doctrinæ monumentis aucturus.

(1) Actor. XIII. 1. Lucii hujusce memoriam recolunt martyrologi plerique cum veteres, tum recentiores pridie nonas maii, qui eum ab apostolis primum Cyrenensium episcopum consecratum voluit; ejusdem Rom. quoque martyr. ita meminit: *Cyrenæ s. Lucii episcopi, quem in actibus apostolorum s. Lucas commemorat* Probe vero observat in actis Bolland. tom. II. maii ad dictam diem, Henschenius (cui merito subscribunt Sollelius, et Georgius in suis ad Martyrologia Usuardi, et Adonis observationibus) plura a martyrologis Lucio adscribi, quam sacer textus expresse- rit, rectius facturis, si ei illud modo elogium tribuissent, quod die XXIV. maii habet Mauahen ibidem a s. Luca memoratus, nempe *prophetæ, ac doctoris sub novo testamento.*

(2) Synesium non civem modo, sed episcopum Cyrenensem dicunt Jo. Moschus, seu Sophronius in *Prato Spirit. cap. 195. p. 1149. biblioth. PP. Lugd. to. XIII.*, et Photius in *biblioth. codice XXVI. col. 15. edit. Rothom. an. 1653.*, haud vero, sicuti diserte affirmat *Nat. Alexander hist. eccles. sec. V. cap. IV. art. I.* Evagrius, qui *lib. I. hist. eccles. cap. XV.* Cyrenensem solum nominat, nulla episcopatus injecta mentione; Cyrenes quoque episcopum scribit Petavius in fronte operum. Se tamen Ptolemaidis, quæ Pentapoleos metropolis fuit, episcopum fuisse, pluries Synesius ipse testatur. In re satis hoc tempore explorata, uno ejus utemur testimonio in *catástasi pag. 302. Paris. Petav. edit. an. 1612* *Heu, inquit, Cyrenem, cujus publicæ tabulæ ad me usque stirpis Herculeæ successionem deducunt! . . . Heu infelicem Ptolemaidem, cujus ego postulemus omnium sacerdos fui! Qualis, et quantus (verba sunt Evagrii loco antea citato) extiterit Synesius, abunde testantur tum epistolæ post susceptam sacerdotii dignitatem eleganter, et docte ab eo conscriptæ; tum oratio, quam*

§. 9. Postremo utrumque vestrum, venerabiles fratres, uno paternæ dilectionis spiritu complectimur, uno vestri profectus, vestræque laudis studio incensi conjunctim, atque una voce compellamus, et quamquam ad recte sapienterque agendum satis vestra sponte incitatos, ac bene animatos, tamen Pauli Apostoli (2) verbis admonemus: *Nolite negligere gratiam, quæ in vobis est, quæ data est vobis cum impositione manuum. Hæc meditati, in his estote; ut profectus vester manifestus sit omnibus. Hoc enim facientes, et vos ipsos salvos facietis, et eos, qui vos audient.*

dixit imperatori Theodosio; tum quicumque eius libri admodum utiles circumferuntur.

(1) De Evoptio, qui concilio Ephesino Gen. III. interfuit, adeundus P. Le Quien. *Orient. Christ. tom. II. col. 620.*

(2) *L. ad Timoth. IV. 14. sequi:*



CLXXXVII.

Dat. die
5 decembris
1778.
Anno IV.

Revocatio concessionis factæ pro fratribus sancti Bonaventuræ ordinis minorum sancti Francisci reformatorum, super electione superiorum, discretorum, aliorumque fratrum de familia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Apostolici muneris Nobis, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam commissi curam exercere satagentes, ac more seduli pastoris vigilias super Dominico grege Nostræ sollicitudini concredito assiduo, ac jugiter agentes, nonnulla, quæ a prædecessoribus Nostris concessa noscuntur, variantibus civibus, ac justis suadentibus causis, quibus æqualitati, paci, et tranquillitati inter personas, præsertim divinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatas consulitur, pro pastoralis Nostræ ministerii providentiâ, Nostrorum prædecessorum exempla sectantes interdum licet inviti moderamus, immutamus, vel etiam penitus revocamus, sicuti omnibus debite considerationis trutinâ perpensis, in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Tenor literarum expeditarum a Clemente XIII.

§. 2. Sane, sicut nuper accepimus, alias fel. rec. Clemens pp. XIII. per suas literas in simili formâ Brevis sub die x januarii MDCCLXVII. expeditas, precibus sibi pro parte tuæ existentium guardiani, et discretorum conventus sive recessus sancti Bonaventuræ ordinis minorum sancti Francisci reformatorum nuncupatorum hujus almæ Nostræ urbis porrectis annuere, ac christianam, religiosamque humilitatem inter fratres sex conventuum, sive recessuum hujusmodi conservare exoptans, mandavit, ut in eligendis, deputandisque superioribus, discretis, aliisque fratribus de familia dictorum sex conventuum, seu recessuum, nulla prorsus habita distinctione, seu ratione nationum Romanorum scilicet, Sabinensium, provinciæ Campaniæ, et exterorum, superiores, ac discreti, aliique fratres de familiis prædictis juxta constitutiones, et statuta eorundem conventuum, seu recessuum eligerentur, ac deputarentur, prout in prædictis Clementis prædecessoris literis, quarum tenorem præ-

sentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Verum cum hujusmodi providentiâ pro electione quatuor discretorum dicti conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ, qui una cum guardiano pro tempore existente componunt discretorium ejusdem conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ, cujus est religiosos in superiores sex conventuum, seu recessuum hujusmodi eligendos qualificare, in grave justitiæ distributiæ a constitutionibus conventuum, seu recessuum prædictorum summopere commendatæ detrimentum cedere, imo dissidia interdum, ac animorum similitates ex nonnullorum vesania magis quæ sunt, quam quæ christianæ charitati, religiosæque humilitati sunt accomodata curantium exorta esse postmodum deprehensum sit, prout audito dilecto filio ministro generali fratrum ordinis sancti Francisci minorum observantium nuncupatorum Nobis constitit; hinc est, quod Nos injuncto Nobis boni patrisfamilias oneri satisfacere cupientes, ac religiosorum hujusmodi quieti, et tranquillitati providere in posterum volentes, ut iis omnibus sublatis, quæ illorum in via Domini progressum retardare possunt, majori alacritate divinis laudibus persolvendis, et Christifidelium salutis promovendæ incumbant, scientes regularem observantiam in charitate, et concordia crescere, discordia vero dilabi; motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus in eligendis, deputandisque quatuor discretis, qui una cum guardiano discretorium conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ nuncupati hujus almæ Nostræ urbis componunt, distinctio habeatur nationum, Romanorum scilicet, Sabinensium, provinciæ Campaniæ, ac exterorum, ita ut pro illorum varietate semper discreti eligantur, et quælibet natio suum habeat discretum in memorato discretorio conventus, seu recessus sancti Bonaventuræ, quemadmodum inter fratres ordinis sancti Francisci reformatos nuncupatos jamdiu observatur. Non obstantibus prædictis Clementis prædecessoris Nostræ literis, quibus in ea parte, qua præsentibus non sunt conformes, per easdem præsentibus expresse derogamus, auctoritate Nostræ apostolicæ, earundem tenore volumus, statuimus, et præcipimus.

Tenor reformationis.

Clauſula ſu-
blata, et deare-
um irritans.

§. 4. Decrñentes, eadẽm præſen-
tes literas ſemper firmas, validas, et
efficaces exiſtere, et fore, ſuoſque ple-
narios, et integros effectus ſortiri, et
obtinere, ac illis ad quos ſpectat, et
pro tempore quãdocumque ſpectabit
in omnibus, et per omnia pleniffime ſuf-
fragari, et ab eis reſpective inuolabi-
liter obſervari. Sicquẽ in præmiſſis per
quoſcumque iudices ordinariorum, et de-
legatos, etiam cauſarum palatii apo-
ſtolicæ auditores iudicari, et defini-
ri debere, ac irritum et inane, ſi ſecus ſu-
per hiſ a quoquam quavis auctoritate
ſcienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis,
et literis prædictis memorati Clemen-
tis prædeceſſoris, ac conſtitutionibus, et
ordinationibus apoſtolicis, nec non qua-
tenuſ opus ſit dicti ordinis, aliisve qui-
busvis etiam iuramento, confirmatiõne
apoſtolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis, ſtatutis, et conſuetudinibus;
privilegijs quoque, indultis, et literis
apoſtolicis in contrarium præmiſſorum
quomodolibet conſeſſis, confirmatis, et
innovatis. Quibus omnibus, et ſingu-
lis illorum tonores præſentibus pro ple-
ne, et ſufficienter expreſſis, ac de ver-
bo ad verbum inſertis habentes, illis
alias in ſuo robore permanſuris, ad
præmiſſorum effectum hac vice dum-
taxat ſpecialiter, et expreſſe derogamus,
ceterisque contrariis quibuſcumque. Da-
tum Romæ apud ſanctum Petrum
ſub annũo piſcatoris die v decem-
bris MDCCLXXVIII. pontificatus Noſtri
annũo quarto.



CLXXXVIII.

Dat. die
29 decembris
1778.
Anno 14.

Receptio retractationis emiſſæ a Juſtino
Febronio, jam antea ſolemniffime da-
mnatus.

Venerabiles Fratres

§. 1. **Q**uam bonum ſit confidere
in Domino, venerabiles fratres, ſplen-
didiffimum exhibet argumentum ea,
quæ inter sævientes procellas aura pro-
diit ſecurior, ob quam repletum eſt gau-
dio os noſtrum, et lingua noſtra exul-
tatione. *Juſta enim et rationalis eſt cauſa
gaudendi*, ait Leo Magnus, *cum a ſacer-*
dotibus Domini ea geſta cognoviſſimus,
quæ et paternorum canonum regulis, et
apoſtolicis congruunt inſtitutis. (1) Ma-
gno munere divinæ miſericordiæ mul-
tiplicata ſunt gaudia totius catholicæ Ec-
cleſiæ: quippe ſtudio venerabilis fratris
Clementis Wenceslai archiepiſcopi Tre-
virenſis, et S. R. I. principis electoris,
quem ſine ſumma laude nominare non
poſſumus, pernicioſiſſimi errores ex-
tincti ſunt, et in victoria veritatis du-
dum falſa dogmata perierunt. Non igno-
ratis plane quæ, et quanta intulerit
damna Joannes Nicolaus epicoſopus My-
riophytanus, eccleſiæ Trevirenſis ſuffra-
ganeus, cum ab anno milieſimo ſep-
tingenteſimo ſexageſimo tertio, ſub
ementito Juſtini Febronii nomine, li-
bros edidit, quibus, ut impugnaret hu-
jus ſ. Sedis jura, veritus non eſt Eccle-
ſiæ ipſius unitatem diſſolvere. (2) Mo-
do idem archiepiſcopus pro religionis
ardore, quo incenſus eſt, pro paſtorali,
quæ maxime valet, virtute, ſuæque
mentis præſtantia, illum ipſum Febro-
nium induxit ad ſolemnem errorum ſuo-
rum confeſſionem, et retractationem.
Plura, et graviffima ſibi ab illo pro-
poſita veritatis argumenta cum Febro-
nii excepſſet, ſerioque recogitaſſet,
facile animadvertit ſe fuiſſe terrena opi-
nionẽ deceptum; et ut in ſacris eſt li-
teris apprime verſatus, agnovit com-
mentijs ſuis obſiſtere, atque adveſari
Chriſti Domini doctrinam, patrum te-
ſtimonia, conciliorum decreta, aliasque

Memorantur
errores, et
damnationes
auctoris.

(1) *Epist. 36. part. 2. oper. edit. Tyrnav. 1767.*

(2) *Libri Juſtini Febronii prohibiti fuerunt decretis congregationis Indicis 27. february 1764 3 february, 1766 24 maii 1771. 29 martiis 1773.*

ecclesiasticas sanctiones. Ac tum etiam facile Nos credimus, animo ejus obversatum esse quidquid in sacris conventibus Trevirensibus anno millesimo quingentesimo quadragesimo nono habitis, quos ipsemet iterum prælo subjici voluit, (1) sancitum fuerat de tenenda, docendaque Romanæ Ecclesiæ doctrina, aliisque servandis ecclesiasticis juribus; quod perspicue agnovit nulla debere varietate corrumpi. Sed adfuit certe, eumque intime commutavit, illabens in cor, mentemque divinus Spiritus; ut repente Febronius lapsus intelligeret, et ruinam sentiret, atque defleret. Tum, ut ad patrem sapiens rediret, qui insipiens a patre recesserat, cum statim retractasset, rejecisset, ac detestatus esset, quæ suis antea libris scripserat; veniam a Nobis petiit, apostolicæ Sedis clementiam imploravit, tamque promptum, ac paratum ad præstandas omnes officii sui partes exhibuit animum, ut etiamsi plurima jam accurate revocasset, cetera tamen omnia, quæ Nos adhuc emendanda esse censeremus, sine ulla cunctatione se correcturum promiserit. Sed præstat hæc ipsa, venerabiles fratres, ex archiepiscopi literis, et Febronii retractatione cognoscere, quas Nostrarum ad principes epistolarum secretarius recitabit. Ac primum audite literas.

Sacrarium ingressus R. P. D. Benedictus Stay, brevium ad principes secretarius, cappa indutus, alta voce perlegit literas sequentes.

BEATISSIME PATER

§. 2. Benedictus Deus et pater Domini Nostri Jesu Christi, pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui me consolari dignatus est in gravissima tribulatione mea, ut possem et ipse oppressum simili sollicitudine Sanctitatis tuæ animum sublevare.

Magaa nimirum tristitia mihi fuit et continuus dolor cordi meo, dum viderem suffraganeum, ac coepiscopum meum Nicolaum ab Hontheim, virum tot ceteroquin nominibus mihi carum ac venerandum, utpote qui ob excellens et singulare ingenium, immensum omnigenæ eruditionis apparatus, lon-

gavam experientiam, mores a puero intactos, et fervidum restaurandæ disciplinae, Ecclesiæque ampliandæ studium præ alio quovis oneri meo pastoralis levando aptior esset, quique, nisi eum zelus amaritudo, et inconsiderantia in transversum egisset, Ecclesiæ bono, solatio, ac præsidio natus videbatur; dum, inquam, viderem virum huac terminos, quos posuerunt patres nostri, quin imo quos patribus nostris divinus legifer, posuit, transilire, atque a veritatis tramite tanto longius, tantoque obstinatius aberrare, quo ipsum magis decipiebat species recti, et optimæ voluntatis conscientia.

Interim tamen scriptis suis unitatem catholicam sciadebat, ad quam reducere protestantes moliebar; zizaniorum extirpandorum prætextu, ex agro Dominico evellebat, et triticum; et suadatæ supra petram Ecclesiæ ruinam parabat, dum illi etiam suppetias ferre cogitaret: sed et adversus sanctam, catholico cuivis nonnisi cum religione suspiciendam, Romanam Sedem attollere quandoque supercilium, ejus jura extenuare, prærogativas obterere, jurisdictionem universalem, quam tota antiquitas venerata est, e medio tollere, ino et ejusdem Sedis præsules hinc inde probris conscindere non dubitavit; eo nimirum, ut asserit, consilio, ut vigentes in Romana curia abusus aboleret, Sedemque divi Petri, sublatis adscititiis, iisque monstrosis parergis, nativo suo splendori restitueret.

Ut autem, omnia hæc tutius ageret, et parata fors temeritati suæ mala declinaret, ficto, Justini videlicet Febronii, nomine scripta sua vulgabat; et ita quidem caute, ut quamquam authoris nomen, uti hominum neminem, ita nec me lateret, argumenta tamen deessent, quibus eum conscripti operis convincerem. Sed et verebar, ne si eo hominem adigerem, ut Febroniorum scriptorum se authorem fateri cogeretur, jam assecularum numero, et magnatum præsidio audacior effectus, eo protervia procederet, ut infelicis operis elucubratione optime se de Ecclesia, et veritate meritum esse contenderet; sicque ignis non jam lente et clanculum, ut antea, sese diffunderet, sed disjectis repagulis, in vastissimum et nunquam forte amplius extinguendum incendium erumperet.

A Deo itaque Optimo Maximo consilium, auxilium, temporaque opportuniora expectanda esse duxi; quem in finem indignas quidem, at sinceras ta-

Tenor literarum archiepiscopi Trevirensis.

(1) *Histor. Trevirens. Diplom. auctor. Jo. Nicolao ab Hontheim. episc. Myriophyt. tom. 2. pag. 740 edit. August. Vind. anno 1750.*

men et fervidas, cum gemitu columbe, honorumque omnium votis unitas preces ad cælum direxi; illius quoque frequenter interponens auctoritatem, sanguinem, et merita, qui quæcumque in nomine ejus a patre petitori essemus, ea nos consecuturos esse promisit.

Quam benignam, quamque inclinatam supplicationibus meis se præbuerit consolator in se sperantium Deus, dignabitur Sanctitas tua ex adjuncto libello intelligere.

Prætermitto, ne longior sim, narrare, qua occasione dictum suffraganeum meum officii sui commovere incœperim; quibusque gradibus eum divina clementia ad Sanctitatis tuæ pedes reduxerit.

Verum hoc, utpote virtutis eximie argumentum, in venerabilis senis laudem præterisse nefas foret; quod videlicet illum a primo instanti auspiciati inter nos negotiisque ad ejus condemnationem, nunquam non humilem, docilem, modestum, et ad quævis jussa mea capessenda obedientem, ac promptum expertum fuerim.

Nec solum Sanctitati tuæ ad saniora consilia reversum auctoris nostri animum dictus ejus libellus exhibebit; sed et cum intimi solatii sensu considerandum sistet, quam humiliter sancta Sede reconciliari postulet, imo quantum gratiam hæc promereatur, et magnanimita errorum suorum confessione, et amara pristinae rationis, factorumque minus rectorum peccitudine, et inconfusibili hodiernorum ejus sensuum hothodoxia, et acri, quo modo, incenditur, iolata Ecclesie damna reparandi desiderio.

Atque inde est, cur supervacaneam rem me acturum arbitrer, si Te rogem, sanctissime pater, ut penitenti paternum sium pœdas; neque enim dubitare fas est, quin illius caritatem æmuleris qui super degeneri, sed jam converso filio misericordia motus accurrens cecidit super collum ejus, et osculatus est eum, eique cum stola prima omnem paternum amorem reddidit.

Certe, si quidquid tibi est in me benevolentia (et multoties probasti inesse quamplurimum) revertenti ad te carissimo fratri meo exhibueris, et viscera mea in Domino reficies, et incredibili me voluptate perfuades.

Confidens in bonitate Tua; hæc duxi scribenda tibi, sciens quod super id quod rogo facies; nec præteritam in eo lo ejus noxarum oblivisceris, sed et

fili loco eum habebis, amabis, literisque amicis, et senium ejus solaberis, et animum adversus stolidam hominum judicia confirmabis: dignum quippe, et consentaneum tuæ clementiæ arbitror, ut qui suo erga sanctam Sedem obsequio fines nullos posuit, eum illimitato prorsus affectu Sanctitas Tua complectatur.

Transfusa jam in sinum tuum, Beatissime Pater, suavissimorum solatii, gaudii, spei, ac fiducia sensuum exuberantia, superest ut et coram te deponam humillimæ ac profundissimæ subjectionis tributum, quo, quamdiu vixero, in persona Sanctitatis tuæ honorare intendo venerabilem illam petram, cui inædicaturum se Ecclesiam suam Salvator promisit, et contra quam, haud secus ac Ecclesiam ipsam, nullæ unquam inferiorum potestates prævaliturae sunt.

Cumque in persona beatissimi prædecessoris tui divi Petri apostolorum principis, non agnorum modo omnium, sed et ovium tibi cura concredita sit, provinciaque demandata confirmandi fratres tuos; intolerabili fere et viribus meis longe superiori duarum ecclesiarum pondere quasi ad ima depressus, ad te, oculos, manus, vocemque attollo, suppliciter orans, ut fatiscentem sub tot animarum regimine, de quarum singulis severo iudici mihi olim reddeoda erit ratio, animum allevare, cæcutientem illuminare, aberrantem reducere, torpentem exitate digneris consiliis, jussis, ac præsertim plurimum valenti apud Deum precatone. Quæ omnia, ut apostolica benedictione mihi confirmare velis, vehementer a te peto, qui finaliter me, gregesque mihi, utut indigno, commissos paternæ tuæ benevolentia commendans, filialemque reverentiam et amorem humili sacrorum pedum osculo profitens subscribor.

Sanctitatis Tuæ

Ehrenbreitsein die 15. novembris 1778.

Devotissimus et Obedientissimus servus, et filius.

Clemens Wenceslaus archiepiscopus, et elector.

Nunc animos vestros ad Febronianam retractationem advertite.

Idem R. P. D. Stay legit retractationem episcopi Myriophytani suffraganei Trevirensis.

BEATISSIME PATER

Tenor retracta-
tionis Februa-
rianae.

§. 3. Si quid mihi in longæva, et ad exitum declinante vita evenit triste, et acerbum (evenerunt autem haud pauca); illud omnium maximum, et intima viscerum penetrans est, quod per reverendissimum, et serenissimum dominum archiepiscopum meum, pastorem vigilantissimum, ad me pervenit, Sanctitatem vestram indigne ferre plura, quæ in libris Justini Febronii, seu quovis alio adscititio nomine a me divulgatis, aut forte etiam mihi suppositis continentur, utpote summæ Sedi injuriosa, nec non supremis ejus juribus detrahentia, proin sanctæ nostræ religioni (sane præter, et contra meam intentionem) noxia.

Cum autem nihil majus, et viro bono dignius sit, quam agnatum errorem confiteri, et præteritam culpam melioribus factis redimere; sic in primis agoosco, et defleo errorem, ex zelo indiscreto protestantes Catholicæ Ecclesiæ, et apostolicæ Sedi reunendi, huncque in finem etiam usus, et præces particularium ecclesiarum, easque persæpe ultra modum exaggeratas, omnibus ecclesiis applicandi studio natum; neque eum, quoad vixero, deflere desinam. Dejn deliberatum mihi constitutumque est, postquam culpam confessus, et veniam gratiamque a paternâ Sanctitatis vestræ clementia supplex deprecatus fuero, sicuti jura et decorem summæ Sedis pro viribus tueri, ita et ejusdem sanctæ Sedis judicium libris et luminibus meis præferre, nullumque meæ erga eandem submissioni ponere terminum. Eripuit mihi auctoritas Sanctitatis vestræ (in qua auctoritatem Jesu Christi recognosco) errorem. Itaque præsentem, eosque genuinos animi mei sensus de statu Ecclesiæ, et summis Sedis s. Petri apostolorum principis juribus, ad successoris ejus pedes omni cum submissione depono, tanquam in qua vivere, et mori cupio. Sunt autem ii sequentes.

In primis profiteor et agoosco cum *Tournelio*, claves Ecclesiæ, et uni Petro, et unitati simul a Christo concessas esse, ita ut novum aliud non excludat. Oportebat quippe meminisse cum *Tertulliano*, in *Scorpiaco ep. 10. eas Dominum Petro, et per eum Ecclesiæ reliquisse*; et cum *Optato*, de *Schism. Donatist. lib. VII. n. 3. Petrum claves regni coelorum communicandas ceteris solum accepisse*; ut enim de Petro ait *s. Leo*, serm. III. in anniv., si quid

(Christus) cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit: Scilicet claves datæ sunt uni Petro, quatenus ille primatum et regiminis potestatem accepit a Domino, idemque personam totius Ecclesiæ, cæa supremus ejusdem post Christum, et sub Christo rector ac moderator gerebat. Datæ quoque sunt unitati, idest in bonum unitatis, et Petro præcipue, ut dictum est, et aliis etiam apostolis, eorumque successoribus episcopis, quibus docendi, ac regendi ministerium et potestas, seclusa plebe, commissa sunt in verbis: *Sicut me misit vivens pater, et ego mitto vos. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata etc. Euntes docete omnes gentes etc. Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei*: Attamen cum dependentia a Petro, et cum subordinatioe ad ipsum, qui eas, ut superius ait *s. Optatus*, communicandas ceteris solus accepit. Explodendus proinde error, haustus ex protestantium fontibus, ecclesiam collegium esse, non societatem, ut catholici sentiunt, in qua baptizati-fideles ex institutione Christi sub legitimorum pastorum, ac præcipue summi pontificis regimine degunt; cujus regiminis potestas, a Christo constituta, veram subjectionis, et obedientiæ obligationem multitudini, seu universitati imponit.

Profiteor Dei filium, dum suam ecclesiam fundare, eamque esse unam vellet, formandæ ac regendæ huic unitati primatum in illa instituisse; huncque s. Petro commisisse. Firmiter assero cum ss. patribus *Cypriano, Hieronymo, Optato Milevitano, Gregorio Nazianzeno, Joanne Chrysostomo, Ambrosio, Leone M., Gregorio M.*, et aliis, propterea inter duodecim apostolos, unum electum esse, ut capite constituto, super quo Ecclesia fundata est, schismatis tollatur occasio: ideo Christum, cum suis apostolis potestatem largiretur, ab uno, cui primatum tribuit, cepisse, ut unam ecclesiam, et unitatem cathedræ, simulque unitatis originem demonstraret: schismaticum esse, qui, ut ait *Optatus*, contra singularem cathedram aliam collocat, vel ab ejus communione per obedientiæ negationem recedit: non habere Petri hæreditatem, qui Petri Sedem impia divisione discerpit: siquidem ubi est Petrus, ibi est Ecclesia: Petrum Ecclesiæ fundamenta (apostolos, sibi ut

capiti subordinatos) in fidem suam recepisse: eidem Petro, in quo primatus excellenti gratia præeminet, ipsorum etiam apostolorum curam a Christo esse commissam: ipsum esse os, et principem apostolici cætus.

Assero hunc primatum (qui non ordinis, inspectionis, ac directionis tantum est, sed et veræ auctoritatis, ac jurisdictionis) quia non minus, quam unitas ipsa, pro cuius conservatione, ac regimine institutus est, perpetuus esse debebat, in Petri successores Romanos pontifices, Sedemque apostolicam, huius unitatis centrum et radicem, jure divino transiisse, ut nulla ratione transferri a Romana ad aliam sedem valeat: ad hanc ecclesiam propter potiorem principalitatem (id est, propter supereminentem ejus dignitatem atque auctoritatem) uti ait *s. Irenæus*, *neesse esse omnem convenire ecclesiam, hoc est eos, qui sunt undique, fideles*: eam esse caput ecclesiarum, a qua, ut inquit *Bonifacius papa I.* *quisquis se abscindit, fit a christiana religione extorris*. Huic accedunt patres concilii Constantinopolitani IV. *sequentes*, ut ajunt, *in omnibus apostolicam Sedem, et observantes omnia ejus constituta, speramus, ut in una communione, quam Sedes apostolica prædicat, esse mereamur, in qua est vera et integra christianæ religionis soliditas; promittentes etiam, sequestratos a communione ecclesiæ catholicæ, idest, non consentientes Sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria*.

Id horum sequelam cum patribus concilii oecumenici Florentini agnosco, Romano Pontifici in B. Petro pascendi, regendi ac gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plenam potestatem traditam esse. Sicut autem pascendi, et regendi potestas sine conveniente auctoritate, jurisdictione, ac coactione (ad quam etiam, velut gravissima spiritualis pœna, pertinet excommunicatio, quoad fructum et suffragia generalia separans) subsistere non potest; sic talem a Christo ipso promanantem in Romano Pontifice, tamquam universalis Ecclesiæ capite, principe, ac magistro residere affirmo.

Profiteor quoque Romanum Pontificem esse summum judicem controversiarum in rebus fidei et morum; ac in omni ejusmodi controversia exorta, hinc inde dissentientibus animis, tum maxime audiendam vocem *Hieronymi*, scribentis ad Damasum: *Ego Beatitudini*

Tuæ, id est; cathedræ Petri communionem consocior: super illam petram œdificatam Ecclesiam scio. Quicumque extrahanc domum agrum comederit, profanus est . . . Non novi Vitalem, Melletium respicio; ignoro Paulinum; quicumque tecum non colligit, spargit. Et: adhuc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat . . . ego interim clamito: si quis cathedræ Petri jungitur, meus est.

Addo specialim adversus errorem veterum, tum recentiorum novatorum, qui sprete multitudine episcoporum, capiti suo Romano Pontifici expresse, vel tacite adhærentium, Ecclesiam, ac veritatem in sua paucitate concludere non verentur, fieri non posse, ut a vero aberret corpus episcoporum, qui capiti suo Romano Pontifici adhærent: sic hæresim Lutheri jam ante concilium Tridentinum ab Ecclesia, præeunte pontifice, per ejus oraculum ultimato, et irrevocabiler damnatum fuisse; quandoquidem Ecclesia capiti unita, sive per orbem universum dispersa, sive congregata in conciliis generalibus (in quibus episcopi jure proprio, ac judiciaria potestate sibi ex institutione Christi cohærente una cum summo pontifice definiunt) in dictis causis definiendis errare non possit, nec ab ea cathedra descendere, ad quam, teste *Cypriano*, perfidia non valet accedere; et in qua, manente dispositione veritatis, b. Petrus in accepta fortitudine petræ perseverans Ecclesiæ gubernacula non relinquit, ac per successores suos sedere, ac loqui non desinit.

Agnosco pariter datam Ecclesiæ a Christo auctoritatem judicandi de sensu, seu doctrina propositionum, librorum, et authorum, ac fideles compellendi ad subscribendum suæ sententiæ; hos proinde teneri eidem acquiescere interna mentis et judicii adhæsiōne, non solum religioso, ut vocant, silentio; atque hujusmodi iudicium nullatenus errori esse obnoxium. Constitutioni *Unigenitus*, ut dogmatico sanctæ Sedis Romanæ, et universalis Ecclesiæ decreto, omnimodam ab omnibus obedientiam deberi affirmo.

Dico cum *Avito Viennensi episcopo*, in rebus, quæ ad Ecclesiæ statum pertinent, si quid dubitationis fuerit exortum, ad Romanæ Ecclesiæ maximum sacerdotem, quasi ad caput nostrum, esse referendum.

Circa decretales Romanorum pontificum epistolas, profiteor cum *ss. Gelasio, et Leone*, eas venerabiliter susci-

piendas esse, et sancte custodiri debere.

Affirmo Romano pontifici jure divino competere jus indicendi, dirigendi, et confirmandi universalia concilia, quæ per ejus concursum plenam sortiuntur firmitatem, et infallibilitatem, independentem a quacumque alia acceptione.

Concilium Tridentinum non tantum in causis fidei, sed etiam disciplinæ liberum fuisse profiteor, non obstante, quod pro illorum temporum, et rerum circumstantiis in eadem Sacrosanta synodo non potuerint omnia de quorundam etiam proborum virorum voto ac desiderio reformari. Causas criminales episcoporum per concilium *Tridentinum, sess. XXIV. cap. 5.* summo pontifici, et apostolicæ Sedi merito reservatas judico. Cumque eadem sacra synodus, *sess. XIV. cap. 1.* declaraverit pontifices maximos, *pro suprema potestate sibi in universa Ecclesia tradita*, causas aliquas criminum graviores merito potuisse suo peculiari judicio reservare; non arbitror licere apertam hanc synodi declarationem eludere, aut obliquis, et coactis interpretationibus evertere, quasi hæc potestas summo pontifici non competeret propria, ac originario, divinoque jure. Habet proinde idem pontifex, et jure exercet in universa Ecclesia protestatem dispensandi ex legitima causa in lege per generale concilium lata.

Primis jam tum Ecclesiæ temporibus ii censebantur spurii, adulterinique episcopi, quorum Romanus pontifex ordinationem, seu electionem absolute respueret, veluti *ultrajectinorum pseudoepiscoporum*, aliorumque eidem communioni, atque causæ adherentium. Quamvis autem antiquioribus temporibus confirmatio, et consecratio neoelectorum episcoporum ad provinciales synodus, præcipue vero ad metropolitanum pertinuerit; attamen legitimis de causis hæc disciplina per universum occidentem mutata fuit, neque pristinam hac in parte disciplinam reduci posse existimo, nisi de pleno atque libero summæ Sedis assensu. Idem de translationibus, et depositionibus episcoporum, nec non de erectionibus novarum Sedium episcopaliū, servandum judico.

Canonizatio servorum Dei per papam *Alexandrum III.*, ad evitandos innumeros abusos, soli Romano pontifici, exclusis episcopis diocesanis, nec-

rito reservata est. Quamquam et ab antiquioribus temporibus, ut habetur ex *Benedicto XIV. lib. 1. de beatif. et canon. Serv. Dei cap. 10. num. 1.*, beatificationes ipsæ, quæ fiebant ab episcopis, vim obtinebant canonizationis, vel per expressam summæ pontificis approbationem, vel per universalem, extra concilium, Ecclesiæ consensum, in quo tacita summæ pontificis approbatio continebatur.

Quamvis olim vix aliæ causæ, quam majores, ex provinciis ad Romanam curiam deferrentur; attamen hodie in reverentiam summæ Sedis, ac pro suprema potestate eidem in universa Ecclesia divinitus tradita, legitimo communique usu invaluit, ut in quibusvis causis ecclesiasticis ad summum pontificem appelletur, ita ut ejusdem sanctissimi authoritate in suprema instantia judicetur, tum Romæ per iudices ordinarios ibidem constitutos, tum per delegatos in partibus, pro diversitate locorum, morum, et concordatorum.

Summi pontifices *Pius II. Julius II., et Gregorius XIII.* omni jure damnarunt appellationes a papa ad futurum concilium, ejus damnationis causas suis constitutionibus explicant. Sane jam antea reprobatas comperimus a *Gelasio* appellationes a Sede apostolica; *siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellare voluerint; ab illa autem nemo sit appellare permissus.*

Equidem primævo Ecclesiæ usu omnia beneficia ad episcopum, tanquam ordinarii loci, dispositionem, seu collationem pertinuisse videntur; attamen cum sanæ rationis sit, ut summus et universalis pontifex plurimum in provinciis gratiarum dispensator existat, sic minime injustæ, imo huic summæ, et universalis pontificis qualitatibus consonæ fuerunt beneficiorum reservationes, quæ deinceps nationum concordatis firmatæ, et respective moderatæ sunt. Hæc concordata, utpote vim pacti habentia, religiose omnino servanda sunt. Declararunt autem sæpius Romani pontifices, signanter *Gregorius XIII.*, longe a suo animo abesse concordatorum, nominatim Germaniæ, infractionem.

Annatæ ad sublevandas necessitates Romanæ curiæ, pro omnibus ecclesiis excubantis, laborantis, et sumptus portantis, pro legitimis habendæ; atque ut tales, eo saltem usque retinendæ sunt, donec alia æque com-

moda ratione, apostolicæ Sedis iudicio, sustentationi, atque innumeris oneribus ejusdem curiæ provisum fuerit.

Exemptio regularium (quorum magna in Ecclesia est utilitas), eorundemque immediata subjectio ad apostolicam Sedem, legitimis ex causis, in bonum non tantum religiosorum ordinum, sed etiam universalis Ecclesiæ, videlicet ad faciliorem eorundem sub nro supremo capite gubernationem, introducta, et ab omnibus ecclesiis agnita, nedum a seculari potestate, sed nec ab una particulari synodo abrogari valet. Abusibus, ex hac exemptione nasci valentibus, per *concilium Tridentinum* occursum, et provisum est.

Scio episcopos non ab Ecclesia, seu fidelium universitate, sed a Spiritu Sancto positos, ut commissos sibi greges intra suas solum dioceses pascant et regant, cum debita ad Romanum pontificem subordinatione. Quamvis autem illis primis Ecclesiæ temporibus ampliorem, pro varietate disciplinæ, in his quæ jurisdictionis sunt, potestatem exercuerint; potuere tamen canones ejus usum intra strictiores terminos coercere, quos privata autoritate extendere nefas foret.

In illis, quæ ad fidem, sacramenta, et ecclesiasticam disciplinam pertinent, potestas ecclesiastica pleno jure decernit, sine concursu potestatis civilis; ratione tamen mutuæ protectionis, quam sibi invicem debent, ad hanc spectat, juxta mentem Ecclesiæ, et quantum ipsa optat, ejus canones protegere, et exequendos curare per media temporalia.

Finaliter iudico, curandum omni legitimo ac meliori modo, ut pax et concordia inter Ecclesiam, et rempublicam perpetuo retineatur; atque adeo, quoad fides, et religionis jura patiuntur, vitandas esse occasiones offensionum, unde et dissidia oriri, et gravia mala in religionis detrimentum timeri possent.

Accipe, Sanctissime Pater, has assertiones, velut tesseram genuinæ meæ sententiæ de divinis, atque eminentioribus tuis, tuæque Sedis juribus, tanquam monumentum revocationis omnium, quæ adversum ea, et si quæ fortasse alia veræ doctrinæ capita, seu universalis Ecclesiæ jura (licet præter intentionem) a me quavis via, aut modo dicta, scriptaque fuerint, vel scripta videri possent.

Si quid ultra est, quod circa fidei, seu doctrinæ meæ professionem

Boll. Rom. Tom. VI.

ac declarationem, quam in omnibus Sanctæ Romanæ, atque apostolicæ Ecclesiæ conformem esse cupio, jubes, aut postulas; habebis me semper ad eandem germanam sinceritatē edendam obedientem ac promptum. Non negabis interim (sic humillime confido) veniam erranti, qui medias etiam inter deviationes nihilominus cum patribus *concilii Lateranensis* semper agnovit, et quoad vivet, agnoscat, Romanam Ecclesiam, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinere principatum, utpote matrem universorum Christifidelium; qui cum *divo Bernardo* sine fraude et fuco profiteatur; esse alios aliis assignatos greges, singulis singulos; tibi universos, uni unum, non modo ovium, sed et pastorem, tanquam uni omnium pastori, qui cum *s. Hieronymo* non ignorans Romanam Ecclesiam supra petram, qui Christus est, ædificatam, nihil magis desiderat, quam cathedræ Petri (qui etiam *per Christum factus est petra*, ut ait *s. Maximus Taurinensis*) perpetuo consociari. Suscipe me in hanc unionem; redde penitenti filio paternum affectum; et in pignus hujus gratiæ dajacenti ante sacros pedes tuos, eosque deosculanti, apostolicam benedictionem.

Sanctitatis Tuæ.

Treviris. 1. Novembris Ann.
MDGCLXXVIII.

Humillimo et obedientissimo filio
Joanni Nicolao ab Hontheim episcopo Myriophytano suffraganeo Trevirensi manu propria.

Nostras modo in forma Brevis literas, quibus ad utrumque respondimus, audietis.

Postremo ab eodem lectæ sunt
epistolæ Sanctitatis Tuæ
ad utrumque.

Venerabili fratri Clementi Wenceslao archiepiscopo Augustano, S. R. I. principi electori.

Pius papa VI.

§. 4. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Nihil nobis gratius, atque acceptius tuis literis contingere unquam potuit, venerabilis frater; nihil ais, quæ Nobis ipsæ attulerunt, exoptatius. Incredibile est, quanto inde, quamque immenso repleti gau-

Litera apostolica quibus archiepiscopo Trevirensi gratias agitur pro bene acto negotio super re tractatione auctoris.

dio sumus: idque tu ipse magis ex tuo lætitiæ sensu existimare poteris, quam Nos ullis tibi significationibus expone- re valeamus. Illo, quem nunciasti, suc- cessu, illo, quem transmisisti, *retractatio- nis* libello, gravissimam deraxisti No- bis, quæ jamdiu animo infixæ erat, de *Febronianis* scriptis sollicitudinem; quan- tumque antea de illatis illinc in Eccle- siam damnis dolebamus, tantam nunc in spem inducimur fore, ut iis ipsis scriptis jam a suo auctore repudiatis, abdicatis, ab damnoatis, accepta detri- menta sarciri tandem ac reflci videam- us. Hunc a Deo ipso rei exitum eo magis expectamus, quo magis illius di- gitum, cor hominis altissime pervaden- tem, atque immutantem agnoscimus. Tuos ille sermones, cum episcopo My- riophytano suffraganeo tuo a te habitos tua in ipso ab errandi via deducendo consilia, tuas actiones pro sua gloria, atque Ecclesiæ utilitate susceptas sui spi- ritus afflatu moderabatur, sua ope præ- sidioque manebat, opportunitatesque omnes, et differendi, atque agendi tempora sapientia sua gubernabat. Illi igitur, qui dives est in misericordia, summæ immortalesque habendæ sunt a Nobis gratiæ, quod et tua vota, studia, ac labores, et Nostras non intermissas preces, ac lacrymas, in cordis humili- tate ad eum fusas, tam liberaliter, tam benigne tandem respexerit. Verum cum ab ipso tua fuerit opera, tamquam suæ miserationis instrumentum, adhibita, ipsam hanc tam egregiam, tamque ex- cellentem operam ac virtutem tuam intima animi Nostri comprobatione pro- sequimur, atque in cælum extollimus; tibi que venerabilis frater, ita gratula- mur, ut nihil unquam a te in tuo epi- scopali munere neque gloriosius, neque utilius suscipi, atque effici potuisse apo- stolica voce prædicemus. Summa esse tua fatemur de Nobis, de sancta hac Sede, Ecclesiæque universa merita, ac maxima inde, nec unquam interitura accessisse ad pristinam tuam laudis ac splendoris amplitudinem veræ solidæque gloriæ ornamenta. Hæc eximia Nostra de te judicia pari etiam gratissimi ani- mi testimonio, summique in te amo- ris, existimationis, ac studii declaratio- ne comulamur. Proinde quod tu nunc a Nobis vehementer exoptas, atque ef- flagitas, ut venerabilem fratrem Joan- nem Nicolaum episcopum Myriophy- tauum jamdiu aberrantem, ac ad Nos modo revertentem, in gratiam, benevo- lentiamque Nostram restituamus, ma- gnopere quidem gaudemus in eo, quod

Nostra animi inductione cupidissime præstituri sumus, una etiam Nos esse tuo huic gravissimo postulato præclare satisfacturos. Itaque omnia, prout fieri a Nobis cupis, ab ipso antea in apo- stolici hujus Sedis, Ecclesiæque jura per- peram atque inconsulte dicta, scripta, actaque ex animo rimittimus, condona- mus, atque ignoscimus; ad eaque re- spicimus, quæ nunc consecuta sunt, quæ nimirum a te, atque ab illo ipso etiam de præsentis sui animi sensu ad Nos deferuntur; eundem in paternæ caritatis sinum, atque in complexum Nostrum libenter, amanterque recipi- mus, ac tamquam inventam ovem, quæ perierat, humeris Nostris imponimus, atque ad hanc solidissimam veritatis petram læti exultatesque reportamus, ac inter ceteros coepiscopos fratres, item- que filios Nostros adnumeramus; et quo amplius habeat paterni hujus amoris, lætitiæque Nostræ argumentum, non mediocri etiam laude, et commenda- tione hanc ipsius actionem exornamus. Commendari enim oportere a Nobis in telligimus ejus cum ingenii docilitate conjunctam animi fortitudinem, quæ in suo hoc facto perspicue conspicitur atque eminet, dum illas suas, quas tantopere adamarat antea, propugnarat- que sententias, abjicit nunc, ac dete- statur, dum plurimorum huic Petri Ca- thedræ aut adversantium, aut inviden- tium, quos undique in suas partes lau- desque pertraxerat, judiciis non retra- hitur, non permovetur. Quid hoc est, nisi quodammodo pro veritatis, quæ affulsit, amore semetipsum contemne- re, ex Saulo novum in se Paulum ex- primere, de ambitione, de sui laude, de profani sæculi hujus aura fortiter, egregieque triumphare? Quo certe hu- manæ naturæ imbellicitas pertingere non potest, nisi divina ope fulta, ac robo- rata. Divinæ igitur voluntatis rationibus inherere Nos putamus, dum eundem singulari laude prosequimur, quæ potissimum in Dei ipsius gloriam est re- dundatura. Idcirco jam nunc ipsi aman- tissimis respondemus literis, quas his- ce conjunctas ad te transmittimus; in hisque intimæ reconciliationis, gratiæ, laudationisque Nostræ testem apostoli- cam benedictionem ex animo concedi- mus. Ut autem ad te regrediamur, ve- nerabilis frater, ita tua hac virtute tua- que felicitate gaudemus, ut plurimum ob ipsum etiam tam singulare, tam- que præstans exemplum, in te splen- doris, in apostolicam Sedem utilitatis adjunctum iri cumaludum judicemus. Ma-

ximo enim exemplum illud ceteris omnibus episcopis incitamento ad sacra tuenda, et propugnanda jura futurum confidimus: eos vero acerrime poterit sua claritate ac luce ad imitationem impellere, quibus ob locorum propinquitatem erit ipsum multo conspectius; quibusque deesse jam hoc tempore non potest ejusmodi exhibendæ, exercendæque virtutis copia. Nunc vero etsi te ipsum in posterum tui similem futurum non dubitemus, valdeque lætemur nulla te hortatione indigere, qui tua sponte ad præclara quæque inflammari; tamen ut magis tibi constare possit, quantum adhuc tua virtute nitamur, illud nunc a te expectamus, ut quem a Deo recepit suffraganeus tuus docilitatis spiritum, eodem pro tua apud ipsum auctoritate velis uti ad debitam ab ipso exigendam, quam promisit, operam, qua illud errorum propugnaculum, quod jampridem excitavit, idem ipse sul ingenii, suæque doctrinæ ope dejicere, ac funditus delere pergat; ex quo certe præcipuum ipsi illi retractationi suæ pondus adjungetur. Tecum præterea s. Leonis magni adhibemus ad Theodoretum, Cyri episcopum, scribentis verba: (1) *Victoria, quam Christus Dominus Noster suæ donavit Ecclesiae, quamdiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam majorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit, nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius vigilemus.* Jam quod reliquum est, et perspectissima Nobis antea erant tua in Nos, et apostolicam hanc b. Petri cathedram studii, conjunctionis, observantiæ, pietatisque officia; et nunc adeo grata et jucunda est eorumdem in epistola tua luculentissima confirmatio, ut nihil cupiamus magis, quam palam omnibus facere posse, quantum tui, tuæque dignitatis ac virtutis rationem habeamus, quantumque ad ea omnia præstanda, quæ ad tuæ laudis gloriæque incrementa faciant, atque ab hujus s. Sedis beneficentia proficisci possiat, potissimum incendamur. Interim Deum Opt. Max. precamur, ut cum ipse præstantium tuorum meritorum suator, impulsor, atque auctor extiterit, idem etiam esse suorum in te munerum amplificator velit. Atque hujus divini benignitatis auspiciem apostolicam benedictionem tibi,

(1) *Epist. 93. cap. 6. part. 2. oper. cit. edit.*

Bull. Rom. Tom. VI.

venerabilis frater, tuæque fidei creditis populis intimo paternæ caritatis sensu amantissime impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xix. decembris MDCCLXXVIII. pontificatus nostri anno quarto.

Benedictus Stay

*Venerabili fratri Joanni Nicolao
episcopo Myriophytano*

Pius papa VI.

§. 5. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Quod summopere semper optavimus, quodque a Deo Optimo Maximo omni animi contentione precati sumus, ut tu, venerabilis frater, cordis dolore tactus intrinsecus, tandem aliquando a suscepta jamdudum offensionis, atque erroris semita illius veneratione digredereris; teque ipsum ad veræ doctrinæ lucem revocares; id nunc contigisse et ex literis venerabilis fratris Clementis Wenceslai Trevirensis archiepiscopi, et S. R. I. principis electoris, et ex transmissis Nobis tuo retractationis libello incredibili paterni Nostri animi jucunditate intelleximus. Maximas extitisse Nobis a te antea doloris, atque ægritudinis causas, ipse facile percipere potes; cum te nimirum intueremur hujus apostolicæ Sedis beneficio ad episcopatum evectorum, ipsique tanto necessitudinis nomine devinctum, tamen insurrexisse ad eandem oppugnandam, idque conari, ut ejus antiquissima jura, atque a Christo Domino derivata privilegia minueres, ac labefactares. Divinis Nos sanc freti promissionibus certissime confidebamus, solidissimam hanc veritatis petram nullis unquam adversis ventis, ac tempestatibus concuti posse, atque ad ruinam impelli. Sed et tuam dolebamus vicem, qui te tantopere a Nobis averteres, atque aberrares, et eorum etiam omnium errorem perniciemque deflebamus, quos ingenium tuum, amplitudine eruditionis, ac doctrinæ species ad tuas partes, hoc præsertim adversissimo Ecclesiæ, ac religioni tempore, facile pertraherat, atque aggregabat. Has pristinas gravissimas molestias, perpetuæque sollicitudines Nostras non idcirco nunc commemorandas suscepimus, venerabilis frater, ut tibi quidquam exprobare videamur; sed ut luculentissime declaremus, in quale, quantumque illæ jam conversæ sint gaudium, quamque ex ipsa

Literæ apostolicæ, quibus recipitur retractatio auctoris, et absoluitur ipse ab censuris.

superioris temporis recordatione sensus in Nobis tuæ hujus reversionis fiat jucundior. Cognoscimus certe in tuis hisce immutatis consiliis Dei virtutem, ac misericordiam, qui non reliquit te usque in finem, sed novam tibi mentem voluntatemque per Sanctum Spiritum immisit, atque indidit; eique quantas maximas possumus intima animi fide gratias persolvimus, teque etiam hortamur, ut hæc ipsi debita tuæ religionis officia in humilitatis sensu exhibere ac referre nunquam intermittas. Porro ut tu ipse pro tanto beneficio, post Deum, unice obstrictus es eidem Trevirensi archiepiscopo tuo; ita Nos itidem plurimum ipsi debere ultro profiteremur, qui sua tandem opera, sapientia, ac virtute perfecit, ut divina ope te ad hanc beati Petri cathedram cum gemitu sistentes, implorares veniam, ad ejusque cultum, obsequium, ac reverentiam puro corde, et conscientia bona, et fide non ficta redires. Hoc nimirum de te persuadent Nobis præter summam ejus amplissimi viri auctoritatem, ipsa ratio epistolæ, ac retractationis tuæ, in qua post plurima singillatim, atque accurate expressa, a teque revocata, animum præteritorum omnium penitentem exhibes, eumque in modum comparatum esse confirmas, ut cetera etiam, quæ non expresseris, contra apostolicæ Sedis decreta, ac doctrinam a te unquam prolata, statim, ut admonitus fueris, te ad veritatis normam redacturum esse pollicearis. Hoc optimæ voluntatis tuæ testimonium Nos perlibenter suscipimus; hoc certum tuæ constantiæ pignus esse existimamus. Proinde remittentes tibi quascumque canonicas, et spirituales pœnas, te, venerabilis frater, quod tam enixe a Nobis suppliciterque postulas, in Nostram, et sanctæ hujus Sedis gratiam reconciliamus, ac restituimus; tibi pacem, quam a Christo Domino didicimus, largimur; tibi paterno amplexu occurrimus; te inter episcopos collegas Nostros adnumeramus, atque amantissimis verbis filium etiam Nostrum compellamus. Dum hunc Nostrum, ut vides, amorem tibi tam prolixè deferimus, eundem etiam cum plurima tui commendatione ac laude jam nunc conjungere minime dubitamus, neque enim dissimulare possumus in tua hac actione conspici a Nobis et docilitatem ingenii, et magnitudinem animi tui. Nam quid majus a te fieri, quid fortius potuit, quam discussa errorum caligine, a pristina

mentis elatione ad christianæ humilitatis sensum demitti, tuas abjicere ac reprobare sententias, veritati posthabere exorituros de te rumores, temetipsum quodammodo vincere atque contemere? Quod quanto difficilius est, humanæque naturæ vires excendens, tanto magis intelligimus abundare in te divitias gratiæ et bonitatis Dei. Ita certe boni omnes, quorum gravissima apud te esse debent judicia, Nobiscum sentient, cum Nos, quæ operata sint in te dextra Domini, palam faciemus. Tu itidem, venerabilis frater, illud nunc potissimum age, ut omnes populi publica tua veritatis a te agnitæ confessione, divinæque potentiæ celebratione quid per ejus misericordiæ gratiam sis consecutus, intelligant. Maximum existima, atque opportunissimum illati a Febronio in Ecclesiam detrimenti futurum remedium, si tu ipse, qui eos libros conscripsisti, eosdem, ut erant antea ad plurimorum ruinam, ita nunc ad ipsorum ædificationem refutes, convincas, ac redarguas. Etsi profecta jam ætate sis, integris tamen adhuc te, Deo juvante, pollere cum animi, tum corporis viribus non ignoramus. Quid potius igitur, quid utilius, quid præstantius reliquo vitæ tempore facias, quam, ut qua manu vulnera Ecclesiæ atque apostolicæ Sedi infixisti, eadem illa ipsa alligare, ac persanare omni studio, ac labore contendas? Habes profecto plurimos, quos imitere, præcedentibus Ecclesiæ temporibus insignes et sanctitate et doctrina viros, qui nedum prioris ætatis errata retractare veriti non sunt, sed eadem semel detecta constantissime rejicientes, maximam hoc ipso apud omnes suo nomini gloriam compararunt (1). Eja igitur, venerabi-

(1) *Epist. Maximi, Urban., Sidon. et Machar. de suo reditu ex schismat. L. inter epistol. s. Cyprian. edit. Paris. cum adnotat. Pamel. ann. 1603. s. Augustin. in prolog. lib. Retractation. tom. 1. operum edit. Paris Monachor. s. Maur.* Neque enim quisquam, nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me reprehendere audebit. Sed si dicit, non ea debuisse a me dici, quæ postea mihi etiam displicerent; verum dicit, et mecum facit. Eorum quippe reprehensor est, quorum et ego sum. Neque enim ea reprehendere deberem, si dicere debuisssem.

lis frater, *exere vires*, te ipsis s. Joannis Chrysostomi verbis excitamus, (1) *fortiter dimica, atrociter in proelio isto concerta, considera pactum, conditionem attende, militiam nosce; pactum, quod spondesti; conditionem, qua accessisti; militiam, cui nomen dedisti;* tibi etiam s. Bonifacii Moguntini episcopi, Germaniæque apostoli, plenas auctoritatis voces subijcimus, quem tibi ignotam esse non potest aliquantulum citiam ad Palatiolum monasterium prope Treviros constituisse (2): ille ad Zachariam scribens testatur, nihil tam se optare, quam *catholicam fidem et unitatem Romanæ Ecclesiæ servando dilatare, et quantoscumque audientes, vel discipulos in ista legatione mihi Deus donaverit, ad obedientiam apostolicæ Sedis imitare, et inclinare* (3). Nos vero tibi ipsum Zachariæ ad Bonifacium responsum damus: *Domini deprecamur clementiam, licet peccatores, ut suo te muniat, et confortet auxilio, Nosque annuat prosperitatis tuæ semper læta suscipere nuncia* (4). Demum pro Dei benignitate nova, semperque uberiora in posterum a te lætitiæ Nostræ, tuæque commendationis argumenta expectantes, apostolicam benedictionem tibi, venerabilis frater, cœlestium munerum omnium auspicem, in paternæ gratiæ, paci, caritatisque amplexu ex animo, ac peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xix. decembris MDCCLXXVIII. pontificatus Nostri anno quarto.

Benedictus Stay

Hiscæ absolutis, præfatus R. P. D. Stay egressus est e loco consistorii; et Sanctissimus allocutionem sic prosecutus est

§. 6. Ex quibus omnibus præclare intellexistis, venerabiles fratres, quid hac in re actum jam sit; præcipue

vero constare vobis potuit, quam candido, sincero, atque ingenuo animo in cor suum se rediisse fateatur Febronius; et, quod animadverti maxime debet, non temporali ullo commodo illectus, non virium infirmitate fractus, non ingenio debilitatus, nec molestis inductus suasionibus, sed sola veritatis agnitione permotus, sola supernæ gratiæ illustratione perfusus, solo denique salutis suæ desiderio incensus, errores suos singulari studio rejiciat, summaque contentione ejuret; ut retractationis libellum, quem propria manu totum perscribere voluit, selectis patrum auctoritatibus, et rationibus roborarit. Nonne hæc est mutatio dexteræ Excelsi? qui innumeris charismatum donis universum Ecclesiæ corpus exornat, ut per multos unius luminis radios idem ubique splendor appareat, nec possit nisi gloria esse Christi, cujuslibet meritum christiani. (1) Neque enim exiguum id esse reputamus episcopi Myriophytani meritum, qui sanctissimos Job, et Davidem imitatus, nullam afferri sibi moram passus est ab importuno, quo imbecilles animi plerumque capiuntur, pudore errata sua confitendi; sed summam ingenii docilitatem, ac miram animi fortitudinem in demandis sententiis suis, seque ipso pro veritate abijciendo, declaravit: audiatur hic Ambrosius, cujus verbis dum Febronii laudes cumulantur, vulgi stultitia detestatur: *Amicus Dei, propheta Dei, rex ab ipso electus Deo, et unctus in regnum, flagellis se spontaneus offerebat, nec erubescbat; et tu erubescis? non multum ista verecundia tibi opitulabitur, cum ad iudicium Dei veneris: sed pudoris te istius poenitebit; cum in conspectu non solum hominum, sed etiam angelorum, et omnium potestatum cœlestium constitutus, cœperis peccata propria non negare. . . . non esset hodie in requie servulus meus Job, si erubuisset tres illos reges amicos suos; nec ipse David, si erubuisset delicta propria confiteri. . . . Et quia uterque eorum non erubuit factorum suorum pretium in mea ponere potestate, meo se iudicio voluntatque committere; nec ego de talibus servulis erubescam, ut appellem amicos meos, qui meam studuerint facere volunta-*

Laudatur auctoris consilium.

(1) *Serm. de martyrib. Quod aut imitand., aut non laudandi sunt. Tom. 3. oper. edit. Paris. 1581. pag. 849.*
 (2) *Brower. anal. Trevirens. tom. 1. lib. 7. num. 116. Bollandist. act. ss. Junii tom. 1. die 5. §. 2., dein. in 4. vita ejusd. s. Bonifac. §. 2.*
 (3) *In collect. concilior. Labb. tom. 6. pag. 1495. edit. Paris. 1671.*
 (4) *In citat. collect. Labb. pag. 1527.*

(1) S. Leo M. *serm. 63. cap. 7. par. 1: oper. cit. edit.*

tem. (1) Accedere etiam ad ipsius meritum debet, quod cum a perniciose dissensione ipse jam discessisset, ab eadem itidem suo exemplo brevi abductorum eos confidamus, qui hactenus illius, tamquam sui ductoris, signa sunt secuti.

Quid boni ab
ejus facto sit
expectandum
exponitur.

§. 7. Si Dioscori interitus, qui in sua sentiendi pravitate obiit, ut scribit Leo magnus, (2) in profundiora dejecit assecclas ejus, et perfidia in centore sublato, instabiles quaedam, et insipientes animæ habent, quod paveant, non habent, quod sequantur; quales nunc esse Febroniani debent, auctorem suum videntes, non jam extinctum, sed immutatam, sed sectatorum omnium in seipso damnantem errores? Habent illi adhuc quem sequantur, si ipso præeunte redire ad officium, ad sanitatem velint; sin renuant, et in sua defectione persistant, quid jam illis supererit, detracto duce, nisi ut incerti paveant, confusi ut erubescant? Qui enim se a Romana Ecclesia sejungunt, in eaque constitutam unitatem dividunt, dum amantissimæ suæ mætris sinum, et amplexum recusant, omnem suam substantiam quasi profugi, et inopes dispergunt. Verumtamen pergant illi, quas tiberit, fraudes, insidiasque huic Ecclesiæ struere, atque inferre calumnias, et, ut magis adhuc obtrectent, sæculi potestatibus eandem obsistere, atque adversari clamant; tamen vel inviti agnoscant, ac fateantur necesse est, quanta nunc iis auctoritatis species decesserit, quamque in apertum aggerata illa falsitatis commenta proferantur. Neque se magno similiter errantium numero tueri poterunt, sibi que de multitudine blandiri; ut enim Ambrosius egregie monuit: (3) *Multitudo sociorum impunitatem non facit criminum: nam in Sodomam, et Gomorrhæ, et in totis quinque civitatibus innumerabiles utique habitabant populi, et omnes pariter . . . igneis imbribus conflagrarunt.*

Absolutio au-
cto ri concessa.

§. 8. Nos interea Myriophytanum episcopum, qui manifesta professione a se abjecit, ac repulit quidquid in scriptis suis Romana detestatur Ecclesia, et

nihil simulatum, nihil obscurum, nihil ambiguum in sua retractatione intexit, diutius morari non possumus, quin, etsi magno a Nobis locorum intervallo divisum, in spiritu caritatis amplectamur; et ab ineffabili misericordia Dei non judicemus alienum, sed omnis culpæ abolitionem, et apostolicæ pacis gratiam impertiamur: *nullas patitur veniæ moras vera conversio; et in dispensandis Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas, gemitusque negligere, cum ipsam poenitendi affectionem ex Dei credamus inspiratione conceptam.* (1) Aliter, uti docuit per aptissimas similitudines Cyprianus, (2) præcluderemus, atque abscinderemus iter doloris, ac poenitendi viam; et dum fructus poenitentiae intercipitur, poenitentia ipsa tollitur. Supremus enim Creator noster magis placatur voluntate, quam sanguine, ut ostendit in Abraham, cujus fidem in filii oblatione requisivit; at si eum jussit offerri, tamen non permisit occidi. (3) Huic Nostræ voluntati magnum adjecit incitamentum Trevisensis archiepiscopus, qui id ipsum a Nobis summo studio postulavit. Ipsi non solum omnem habemus, pro sua amplitudine, ac virtute, fidem; sed tantum existimationis, caritatis, ac laudis pro innumeris suis in Ecclesiam meritis deferimus, ut incredibilem in modum illius studiis, illius gloriæ faveamus. Ejus maximæ, post Deum, in eximio hoc opere partes extiterunt; ejusdem consiliis, atque actis, tam præclara incepta præclarioribus sunt exitus consecuti. Summa est præterea ipsius Nobiscum conjunctio, summa erga apostolicam hanc Sedem observantia. Quapropter dum ipsum debita hac prædicatione prosequimur, dum tantopere de sua pietate gaudemus; adhuc multo majore fiducia nunc ab ipso petimus, eumque obsecramus, ut pastoralis animo pergat adversariorum machinamenta confringere, coepiscoporum excitet diligentiam, ut quos eadem unitatis causa conjungit, eodem ardore inflammantur in revocandis iis, qui a veritatis semita inconsultius deerrarunt in suis ecclesiis, ut ita *Domini ovile reparetur, et per sollicitudinem charita-*

(1) *Lib. de laps. Virginis consecr. cap. 9. num. 41. tom. 2. oper. col. 316. sapracit. edit. Paris.*

(2) *Enarrat. in ps. David. 37. num. 51. tom. 1. oper. col. 838. edit. Paris. monach. s. Mauri.*

(3) *Epist. 111.*

(1) *S. Leo M. epist. 83. cap. 4.*

(2) *Epist. 52. juxt. edit. Paris. 1603.*

(3) *S. Petr. Chrysol. serm. 108. edit. Lugdun. 1627.*

Gaudium su-
um exprimit
Pontifex.

is atque doctrinæ, omnes Christi oves unum se sentiant habere pastorem (1)

§. 9. Hæc sunt, venerabiles fratres, quæ in sinu Nostro diutius continere præ gaudio non potuimus, quin vobiscum communicarem; ut quos antea sollicitudinis, ac doloris socios habuimus, nunc consolationis Nostræ compotes, participesque faciamus. Præclaram tribuit annunciandæ hujus lætitiæ opportunitatem, illamque potissimum auget, hæc ipsa solemnis; quam celebramus, reparationis dies (2), in qua rex pacis, cum sua pace procedens, fugavit omne dissidium, dissensiones depulit, discordiam perturbavit, et sicut

coelum splendor solis, ita Ecclesiam fulgore pacis illuminat . . . ut nunc procedente Christo rege pacis omne, quod triste est, auferatur a medio, et illucescente veritate, fugetur mendacium (1).

§. 10. Hic etiam aptissimus se obtulit Nobis ad vos alloquendum locus, e conspectu nempe gloriosæ confessionis principis apostolorum, qui petra est, ad quam eliduntur filii Babylonis, et obtinens cum æterno sacerdote indeficiens consortium, Sedi suæ præesse non desinit, ut omnino Febronii penitentiam ejus patrocinio referre debeamus.

Secum in Domino gloriosi omnes desiderat.

Plurimam quoque jucunditatem attulit vos alloqui e latere corporis magni Leonis, quo Christus utitur assertore; cujus scripta suavissima præbent legentibus spectacula; quemque advocatum, et propugnatorem veritatis invenimus (2).

Gloriemur itaque in Domino, venerabiles fratres, et causam hujus actionis ad originem suam, caputque ferentes, illi immortales gratias, illi laudem, gloriam, et honorem tribuamus, in cujus manu, et hominum corda, et momenta sunt temporum.

(1) S. Leo M. *epist.* 141. *in fin.*

(2) Alexander PP. VI., uti proditum in diario Burchardi cæremoniarum magistri, habuit die 25 martii 1498. Consistorium secretum, recurrente dominica quarta quadragesimæ, *Lætare* nuncupat., in quo providit nonnullas episcopales ecclesias. Benedixit rosam auream; et deinde venit ad cappellam majorem, in qua celebravit missam card. Perusinus.

Julius PP. II., teste diario Paridis de Crassis cærem. mag., habuit consistorium secretum in aula paramentorum die 25 februarii 1505. recurrente dominica tertia quadragesimæ; et postea venit ad cappellam, in qua missam cantavit archiepiscopus Atheniensis adsistens.

In diario Phebei cærem. mag. an. 1646., legitur: *Feria 2 die 12 mensis martii, licet sit festum palatii, videlicet s. Gregorii Magni, tamen habitum est consistorium secretum, presentibus triginta cardinalibus; in quo propositæ sunt multæ ecclesiæ, et petitum pallium pro ecclesia Strigoniensi etc. Heri mane, cum Sanctissimus (Innocentiu PP. X.) cursori dixisset, quod hæc mane esset consistorium; dictum est respondisse: Esse festum Palatii, et ideo celebrari non posse consistorium. Cui quam prudentissime summus pontifex, possumus inquit.*

Clemens XIII. die 24 decembris 1767 mandavit indici consistorium secretum, dum cantabantur prim. vesper. nativitatis Domini Nostri Jesu Christi; quibus expletis, habuit consistorium in aula consistoriali palatii quirinalis, et gravi allocutione exposuit necessitates

catholicæ Ecclesiæ, et decrevit solemnem utriusque cleri supplicationem habend. die 28 eiusd. mensis, fest. SS. Innocentium, in basilica Vaticana. Cui idem summus Pontifex cum sac. cardinal. collegio, ac omnibus Romanæ curiæ præsulibus interfuit.

(1) S. Petr. *Chrysol. Serm.* 149. *cit. edit.*

(2) Theodoret. *Episc. Cyr. ad S. Abund. Episc. Comens. apud Bason. ad ann. Christi 450. num. 33, tom. 8. Anal. edit. Lucens.*

Dat. die
18. Januarii
1779-
Anno IV.

CLXXXIX.

Electio Nicolai Nellemam facta ab pseudo-archiepiscopo Ultrajectino in episcopum Daventriensem declaratur irrita, et illegitima; illiusque consecratio sacrilega definitur, pronuntiata in utrosque anathematis pena.

Dilectis filiis universis Catholicis in fœderato Belgio commorantibus

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem, et apostolicam benedictionem.

Refert subitam falsi episcopi Daventriensis mortem.

§. 1. **N**ova et in dies deteriora invalescunt isthic, dilecti filii, et ad Nos deferuntur audaciæ ac inobedientiæ exempla, propter quæ iteratas paucis post mensibus damus has ad vos literas, ut de iis etiam, quæ postremo sub oculis pene vestris acciderunt, pro sollicitudinis Nostræ parte vobiscum agamus. Post nefariam illam Adriani Broekman in Harlemensem episcopum electionem et consecrationem, de quibus, quæ Nostra fuerint judicia, non ignoratis, nunciatum Nobis est nuper Bartholomeum Joannem Byevelde, qui se contra apostolica decreta a san. mem. Benedicto XIV. prædecessore Nostro die 29. decembris 1757. facta pro Daventriensi episcopo gerebat, morte correptum, in locum suum abiisse.

Et novam irritam prætensam successoris nominationem memorat factam a pseudo-archiepiscopo Ultrajectino.

§. 2. Quæ res cum Michaeli Van-Niewenhuysen pseudo-archiepiscopum Ultrajectinum jam tum, ut illa Harlemensis Ecclesia impleretur, occupatum, ejusque assecras abstergere debuisset, ne amplius ejusmodi perversis consiliis atque actionibus divinam in semetipsum iram provocare pergerent, nihilominus eosdem in suo pertinaciæ sensu obfirmavit. Itaque ille etsi post multas superiorum excommunicationum inflictas plagas, tum etiam Nostra recenti diei 5. augusti præteriti anni 1778. percussus esset, tamen tanto magis in sua contumacia obdurescens pro pristino suo more ad peragendam novam episcopi Daventriensis electionem devenit, ac quendam Nicolaum Nelleman ecclesiæ suæ Ultrajectinæ, ut ipse appellat, canonicum, et parochiæ ad s. Ursulam Delphis pseudo-pastorem secunda proxime præteriti septembris die ad Daventriensem Ecclesiam designavit, Nosque de hoc ipso, die decimaquarta, per suas literas, perfricta ut solet fronte,

fecit certiores, non jam ignorans, quid Nos sentiremus, quamque id factum respueremus, sed pensi nihil habens, reque vera per summam injuriam sanctæ huic Sedi insultans.

§. 3. Neque porro veritus est, quod ex aliis intelleximus, ejusdem Nicolai peragere die 28. octobris consecrationem, quam temen non illo, quo Harlemensem, apparatu, sed privata clandestinaque cæremonia, tanquam ob suam ipse insolentiam erubesceret, est executus. Sed utinam ipsum hujusmodi actorum pudere ac tædere tandem incœpisset! Utinam in cor rediens infelicem animæ suæ suorumque statim agnosceret. ac debita erga se suosque commiseratione moveretur!

Sacrilega electi consecratio, et electoris insolentia insectatur.

§. 4. Dum Nos id maxime cupimus, atque a Deo precamur, ac illius cæterorumque, quos una secum abripit, discrimen perniciemque deploramus, interim quod a Nobis divinitus commissi pontificatus ratio omnino postulat, facinora illa toties repetita detestantes, ac rejicientes prædecessorum Nostrorum vestigiis insistendo auctoritate apostolica per præsentem literas hac die ipsa, qua Romanam beati Petri cathedram recolimus, datas decernimus ac declaramus tam electionem ejusdem Nicolai Nellemam in episcopum Daventriensem, illicitam, irritam, ac nullam, quum ejus consecrationem fuisse illegitimam, ac sacrilegam, contraque sacrarum legum sanctiones factam.

Damnatio electionis, et consecrationis.

§. 5. Proinde cum memoratum Michaeli electorem, et consecratorem, tum ipsum Nicolaum electum et consecratum, omnesque eos, qui nefariæ electioni, vel consecrationi opem, operam, consensum, consiliumque quomodolibet præstiterunt, excommunicamus, anathematizamus, atque ab Ecclesiæ communionem segregatos, et prorsus schismaticos habendos, et evitandos esse declaramus, constituimus, et mandamus.

Publicatio anathematis contra electorem, electum, et assecras ejus.

§. 6. Præterea dictum Nicolaum Nelleman pronunciamus ab omni exercitio eorum, quæ jurisdictionis sunt, et quæ ordinis, esse suspensum; eidemque idcirco interdiciamus sub pœna excommunicationis ipso facto sine ulla declaratione incurrendæ, ne ullo pacto chrisma conferre, confirmationis sacramentum conferre, clericos ordinare, aut alia, quæcumque sunt episcopalis ordinis, exercere audeat; decernentes insuper vacuos, inanes, nulliusque prorsus roboris et momenti omnes et singulos actus, quos attentare præsumperit.

Interdictio jurisdictionis.

Suspensio initi-
tiorum ad sa-
cros ordines.

§. 7. Qui vero ab ipso ecclesiasti-
cia ordinibus initiati fuerint, noverint
suspensionis vinculo se obstrictos, atque
irregularitati propterea obnoxios, si su-
sceptos ordines exercuerint. Hæc pro rei
gravitate vobis per Nosmetipsos signi-
ficanda duximus, dilecti filii, ne quis
unquam fallacibus ac blandis verbis se-
ducere vos posse confidat, illud vulgo
disseminans, non tam hæc ipsa a No-
bis, quam ab iis qui Nostræ religioni
insidiantur, proficisci.

Monitum ad
episcopos ca-
tholicos.

§. 8. Hanc igitur Nostræ animi sen-
tentiam atque hoc apostolicæ Sedis ju-
diciam, prout prædecessores Nostræ fe-
cerunt, Nosque alias fecimus, vobis per
has literas annuntiantes, minime du-
bitamus, quin quod super summa cum
laude declarastis, fidei vestræ, pietatis,
et erga hanc sanctam Sedem observan-
tiæ, conjunctionisque studium, nunc
maxime exhibere, ac præferre contem-
datis; ut hunc in modum gravissimas
curas molestiasque Nostras, quas ex re-
fractorum inobedientia capimus, ve-
stræ religionis obsequiique cogitatione
egregie solemur. Quod ut alacrius præ-
stetis, ipsa vos apostolica benedictione
excitamus, quam in cælestium mune-
rum auspiciis, Nostræque eximie cha-
ritatis, existimationisque piguis vobis,
dilecti filii, intimo paterni animi sensu
peramanter impertimur. Datum Romæ
apud sanctum Petrum sub annulo pi-
scatoris die 18 januarii 1779 pontifica-
tus Nostræ anno quarto.

CXC.

Dat. die
13. januarii
1779
Anno IV.

Concessio indulgentiæ plenariæ conse-
quendæ ab iis, qui visitaverint ali-
quam ex ecclesiis congregationis cle-
ricorum regularium Barnabitarum oc-
casione celebrationis capituli gene-
ralis.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus
præsentes literas inspecturis salutem,
et apostolicam benedictionem.

Tenor conces-
sionis

§. 1. Cum, sicut accepimus, ca-
pitulum generale clericorum regularium
congregat. s. Pauli Decollati Barnabitarum
nuncupatorum in ecclesia, seu domo
Bull. Rom. Tom. VI.

clericorum ejusdem congregationis san-
cti Barnabæ civitatis Mediolanensis feria
secunda post dominicam tertiam post
pascha, benedicente Domino, celebra-
ndum sit; Nos ut opus tam pium ma-
jori cum fructu fiat, et ad augendam
fidelium religionem, et animarum sa-
lutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia
charitate intenti, omnibus utriusque se-
xus Christifidelibus, vere pœnitentibus et
confessis, ac sacra communione refe-
ctis, qui prædictam, vel aliquam ex
ecclesiis domorum clericorum regula-
rium congregationis hujusmodi ubicum-
que existentem die, quo capitulum gene-
rale hujusmodi inchoabitur, ac singulis
actualis illius celebrationis diebus devote
visitaverint, et ibi pro christianorum
principum concordia, hæresum extir-
patione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltati-
one, pias ad Deum preces effuderint,
plenariam semel dumtaxat omnium pec-
catorum suorum indulgentiam, et re-
missionem misericorditer in Domino
concedimus.

§. 2. Præsentibus post celebratio-
nem dicti capituli generalis minime va-
litorum. Volumus autem, ut si pro impe-
tratione, præsentatione, admissione,
seu publicatione præsentium aliquid,
vel minimum detur, aut sponte obla-
tum recipiatur præsentibus nullæ sint.

Irritationes.

§. 3. Quodque præsentium litera-
rum transumptis, seu exemplis etiam
impressis manu procuratoris generalis
ejusdem congregationis subscriptis, et
sigillo prædictæ congregationis munitis
eadem prorsus fides adhibeatur, quæ
adhiberetur ipsis præsentibus, si forent
exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ
apud sanctum Petrum sub annulo pi-
scatoris die vicesima tertia januarii mil-
lesimo septingentesimo septuagesimo no-
no pontificatus Nostræ anno quarto.

Fides habenda
transumptis.



Dat. die
25 januarii
1779.
Anno IV.

CXCI.

Indultum pro orphanis collegii B. M. de Gratia civitatis Portugallensis deferendi tonsuram, et biretum in actis publicis, et privatis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proposito pro-
sum.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus rector collegii beatæ Mariæ de Gratia, et moderator orphanotrophij civitatis Portugallensis, quod cum orphani ejusdem collegii in corpore communitatis vivant, et in habitu ecclesiastico incedant cum regula, et statutis approbatis, dantes operam studio linguæ latinæ, et artis musicæ, et a collegio in corpore communitatis sub cruce exeuntes, et pro eorum decore eos tamquam clericos in minoribus ordinibus constitutos, seu tonsuratos, licet ab episcopo nullam manuum impositionem acceperint, incedere, et in processionibus, aliisque actis publicis, et particularibus communitatis clericali tonsura, et bireto futuris perpetuis temporibus ad instar aliorum orphanorum civitatis Ulissiponæ uti posse summopere desideret; Nobisque propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-
nis

§. 2. Nos igitur eundem rectorem, seu moderatorem orphanotrophij prædicti, eosdemque orphanos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem orphanis pro tempore existentibus collegii beatæ Mariæ de Gratia civitatis Portugallensis, durante eorundem permanentia in dicto collegio, tamquam clericos in minoribus ordinibus constitutos tonsuratos incedere in processionibus, aliisque actis publicis, et privatis communitatis tonsuram, biretum gestare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
blata, et decre-
tuna irritans.

§. 4. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta januarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio con-
trariorum.

CXCII.

Dat. die
30. januarii
1779.
Anno IV.

Confirmatio concessionis affectus tenimenti nuncupati = *Campo-Morto* =

Monsig. Giovanni Bufalini mo dei canonici camerlenghi del capitulo della basilica Vaticana con la speciale sopraintendenza alla tenuta denominata di Campo Morto.

§. 1. **L**a specialissima protezione, che il glorioso principe degli apostoli si è degnato in ogni tempo compartirci, e le molte, e regguardevoli grazie, che l'Altissimo a di lui intercessione ci ha dispensate, con esserle in fine, per suoi inscrutabili giudizi piaciuto elevarci, contro ogni Nostra aspettazione, e senza alcun Nostro merito al supremo apostolato, con renderci successore del s. apostolo; come hanno maggiormente eccitata la Nostra fiducia a ricorrere, e pienamente confidare nel patrocinio di sì grande intercessore in ogni occorrenza sì Nostra particolare, che comune, così ci hanno ancora giustamente aumentato quell' affetto, e parzialità, che verso il capitulo, e clero della basilica Vaticana concepimmo fin da quando fummo dalla fel. mem. di Benedetto XIV. Nostro predecessore ascritti fra canonici della medesima basilica, e che pel corso di do-

Laudes insi-
gnis capitulo
basilicæ Vati-
canæ.

dici anni, per quanti ne ritenessimo il canonicato, pienamente conservammo per detto riguardevole clero in special modo addetto al servizio, e venerazione dello stesso principe degli apostoli; [di poi ci ha tanto più accresciuto il desiderio di veder sempre avvantaggiato il medesimo capitolo, e suoi individui nelle rendite, e frutti a ciascuno di loro assegnati.

§. 2. Quindi avendoci egli per mezzo d'una particolar deputazione di quattro canonici rappresentato, che sebbene avea ricevuta una considerabil offerta d'annui scudi ventiduemila per l'affitto della sopradetta tenuta di Campo Morto, e, come tale, credeva non dovesse sprezzarsi, nondimeno restava del tutto inabilitato a poterne trattare, ed accettarla atteso un'ordine del Nostro immediato antecessore riferito in un decreto capitolare dei 21. settembre 1774., con cui si proibì l'effettuazione dell'affitto, che allora progettavasi della stessa tenuta, fino a che meglio esaminata la cosa, e discusse le ragioni de' canonici dissenzienti, si fosse su di ciò sentita la sovrana determinazione del sommo pontefice. Noi in vista dell'anzidetta riguardevole recente offerta, e di quel maggior profitto, che da essa potrebbe ricavare lo stesso capitolo, e clero, giustamente credemmo di derogare al suddetto pontificio divieto, con aver lasciato il medesimo capitolo nella piena libertà di risolvere, ed effettuare ciò, che avesse creduto più utile, e vantaggioso.

§. 3. Ci ha indi soggiunto, che in seguito di detta Nostra permissione, dopo aver'egli trasmesso pria voi solo, e poscia voi stesso con altro vostro canonico a visitare la detta tenuta, e riconoscerne sulla faccia del luogo lo stato della medesima, sentendo successivamente, per relazione da voi fattagline, di aver quella ritrovata in mal'ordine, per esser stato trascurato lo spurgo dei fossi, e scoli, e ritardati, e mal' eseguiti gli altri lavori, come anche essersi da ministri subalterni introdotti non pochi, e rilevanti abusi nella di lei azienda venne tosto nella determinazione di procedere all'affitto, invitando a tal'effetto gli oblatori con una publica notificazione in stampa sotto li 2. dello scorso dicembre con avere esibiti negli atti del Lorenzini suo notaro gli opportuni capitoli; perlocchè aperte nella congregazione tenuta li 4. del corrente gennaio dalli canonici camerlenghi, ed altri aggiunti le offerte date da' concorrenti, e ritrovatevi le seguenti, cioè, =

Bull. Rom. Tom. VI.

Una di Giuseppe Lucani, e Innocenzo Garofali per scudi 22000. = : Altra di Ottavio Bandini, e Domenico Cardinali per scudi 23652. = : Altra di Giuseppe Alibrandi, e Giovanni Galassi per scudi 23850. = : Altra di Domenico Molinari, pro persona nominanda, per scudi 23999. coll'aumento di scudi 1000. sopra ogn'altra offerta = : Altra di Pancrazio Carnovali, e Carlo Tommaso de Rossi per scudi 23300. = : Ed altra di Gregorio, e Francesco Piergentili per scudi 22750. = ;

§. 4. Fu nel capitolo convocato li 10. dello stesso corrente mese coll'intervento di tanti canonici, ed altrettanti beneficiati a viva voce deliberato il suddetto affitto alli sunnominati Lucani, e Garofali per il corso di dodici anni per l'annua risposta da medesimi frattanto accresciuta in altri scudi mille, e così per annui scudi ventitremila, con essersi dippiù assoggettati alle condizioni, e patti espressi nell'offerta dei detti Giuseppe Alibrandi, e Giovanni Galassi; giudicò il capitolo suddetto, con ecclesiastica equità, preferire la medesima offerta delli Lucani, e Garofali, ancorchè minore di molte altre soprariferite, sul riflesso di esser da essi stata fatta per scudi ventiduemila fin dal dì 15 del passato novembre, e perciò molto prima dell'affissione delle suddette notificazioni, ed anche precedentemente divulgata per la città, talchè gli altri sunnominati oblatori poterono da quella facilmente prender norma per superarla; e poichè colle medesime notificazioni non si ebbe altro oggetto, se non di assicurarsi se nelle offerte, che fosser potute sopravvivere, vi fosse stato un'aumento considerabile, che non si è poi rinvenuto, così riflettendo, che ne' medesimi Lucani, e Garofali restava sempre vivo il merito di aver essi aperta la strada ad un notabil vantaggio del capitolo, come quello, che sopra la detta tenuta fin da oggi utilizza con la risposta sovradetta un terzo di più di quello, che prima ne ricavava coll'amministrazione, come risulta dal confronto de' foglietti, ch'era solito distribuirsi ogni anno a ciascun canonico colla collettiva del fruttato di detta tenuta: e considerando finalmente il molto più, che potrà utilizzare in avvenire, attesi li miglioramenti, e buonifici, che in vigore delle convenzioni stabilite dovranno farsi nel fondo, che altrimenti col proseguimento dell'amministrazione andrebbe senza menq. ad una quasi desolazione;

Ratio praelationis concessae favore minoris oblatoris.

Tenor premissorum decretorum super derogatione inhibitionis iudicialis Clemente XIV. ne tenimentum locari possit.

Memorantur oblationes habitae pro consequenda latifundii condicione.

Novæ preces
porrectæ pro
confirmatione
contractus, et
pensionis.

§. 5. Ci ha supplicati a degnarci accordargli su quanto ha egli, come sopra, risoluto, l'apostolico Nostro beneplacito, ed approvazione, con sanare insieme a questo effetto qualunque difetto, e nullità incorsa nella suddetta risoluzione capitolare, per essere emanata a viva voce, e, come dicesi, per *acclamationem*, e non già per voti secreti mediante il solito bussolo; di assolvere, a maggior cantela, i capitolari da ogni, e qualunque mancanza, e pena, nelle quali fossero incorsi, per aver posposte le suddette altre maggiori offerte; e di derogare in fine non meno alle costituzioni particolari della basilica, che a qualsivoglia costituzione apostolica, e ad ogni altra qualsivoglia cosa, che potesse ostare alla legittima, e valida effettuazione, e piena esecuzione del suddetto contratto d'affitto da stipolarsi con Giuseppe Lucani, ed Innocenzo Garofali.

Ratio confir-
mationis indul-
gentiæ.

§. 6. E noi ben sapendo, che, a seconda delle anzidette particolari costituzioni, l'amministrazione de' beni di essa basilica è riservata all' canonici: riflettendo inoltre, che, continuandosi dal capitolo a ritenere per conto proprio l'amministrazione della suddetta tenuta, necessariamente ne dovrà esso risentire de' notabili pregiudizj, conforme di fatto li ha già in parte risentiti dall'anno 1775 sino al presente in vista delle raccolte di gran lunga più ubertose, ed in molta maggior quantità fatte dagli affittuari delle altre adjacenti, e vicine tenute; e considerando in fine, che l'azienda capitolare ha sempre, e notabilmente migliorato coll'aver affittate le tenute, giacchè dopo data in affitto quella di Bocca, ed altre, e così dall'anno 1757 in poi si sono potute dare in ogni anno, ed in buona somma le distribuzioni straordinarie, laddove per prima non potevano darsi, che con piccole interpolazioni; ben volentieri siamo condiscesi ad accordargli, come appresso, la richiesta grazia.

Tenor confir-
mationis.

§. 7. Pertanto col presente nostro chirografo, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato il tenore di tutte le accennate, e qualsivoglia altre offerte per il suddetto affitto esibite, de' capitoli per il medesimo, come sopra, esibiti, degli altri patti, e condizioni dopo i medesimi capitoli convenute, delle costituzioni di detta basilica, ed altre de' sommi pontefici Nostri predecessori in ordine all'amministrazione de' beni della medesima, e specialmente di Niccolò III., Sisto IV.,

Clemente VII., Paolo III., Paolo IV., Clemente VIII., e Paolo V. riportate nella collezione fattane d'ordine del medesimo, ed in ultimo di quella di Benedetto XIV., che comincia = *Ad honorandam* = data li 27. marzo 1752., ed ogn'altra cosa quanto si voglia necessaria d'esprimersi, benchè degna di speciale, ed individua menzione, di Nostro moto proprio, certà scienza, e colla pienezza della Nostra suprema podestà, collaudando la detta risoluzione capitolare per l'affitto dell'anzidetta tenuta, e quelle per fondate ragioni di esperienza, sulle quali è appoggiata, approvando, e confermando ogni sua parte, come anche assolvendo il capitolo suddetto, e suoi individui da qualunque canonica, e spirituale pena, in cui fossero incorsi per avere con plausibile equità (da Noi più volte abbracciata in concorso di simili circostanze negli affitti camerati, allorchè erano tesoriere generale) posposto il maggior oblatore, e per qualsivoglia altra contravvenzione alle precitate costituzioni, ordiniamo a voi, che in nome del capitolo, e clero della basilica Vaticana diate, e concediate in affitto ai menzionati Giuseppe Lucani, ed Innocenzo Garofali, non ostante che sia questi padre d'uno de' chierici beneficiati della stessa basilica, e perciò inabilitato dalle precitate costituzioni all'affitto dei beni della medesima, la suddetta tenuta di Campo Morto, oltre ad un novennio (tempo limitato dalle costituzioni della basilica, e dalla Bolla Benedettina *Ad honorandam*), ma fino ad anni dodici prossimi futuri da incominciare dal dì 29. settembre prossimo avvenire, e come siegue continuare, e finire nello stesso giorno e mese dell'anno 1791 per l'annua risposta di scudi ventitemila, colle condizioni contenute nella predetta offerta di Giuseppe Alibrandi, e Giovanni Galassi, e dai detti Lucani, e Garofali accettate, e con tutti i patti, condizioni, e riserve contenute ne' suddetti capitoli proposti per parte del detto capitolo, e clero, ed esibiti negli atti del Lorenzini, e con quei ancora, che voi a vantaggio del capitolo, e clero medesimo stimarete bene di convenire, dichiarare, riformare, ed ampliare; ed a di loro favore stipolarete l'opportuno istromento di affitto, obligando in esso, per osservanza di quanto prometterete in nome dello stesso capitolo, e clero, i beni, effetti, e rendite del medesimo nella più ampla forma della Nostra camera, senza ammetter mai, nè prima, nè dopo detta stipolazione, altre oblazioni, neppur di

vigesima, e di sesta, quali a scampo di emulazione, e per questo caso soltanto, vogliamo non debbano aver luogo, nè riceverli, e farete tutt' altro per la stabile, e valida esecuzione di queste Nostre determinazioni sarà necessario, dandovi a quest' effetto tutte le opportune facoltà, ed anche quella di ricevere dai medesimi affittuarij per una sol volta lo sborso di scudi tremila avanti il primo semestre, che incominci l'affitto, da erogarsi nello spurgo dei fossi, restaurazione dei ponti, ed altri usi a beneficio di detta tenuta.

Clausula salutaris et irritatoria.

§. 8. Volendo, e decretando, che il presente Nostro chirografo abbia il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla Nostra semplice sottoscrizione, né gli si possa mai opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun' altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè domandarsi contro il medesimo l'apertione oris, oè altro beneficio, e rimedio, anche di ragione competente, e che così, e non altrimenti debba nelle cose premesse definirsi, decidersi, ed interpretarsi da qualsivoglia giudice, e tribunale tanto ordinario, che delegato, e da qualsivoglia congregazione anche deputata con speciali facoltà, e benchè composta di reverendissimi cardinali, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà, ed autorità di definire, decidere, ed interpretare diversamente, e dichiarando fin d' adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente si facesse, o tentasse di fare in contrario.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non ostanti le precitate costituzioni apostoliche risguardanti in qualsivoglia modo la suddetta basilica Vaticana, suo capitolo, e clero, ed i beni, e rendite de' medesimi, e la loro amministrazione, e disposizione, e quali siano altre ordinazioni, decreti, e risoluzioni delle Nostre congregazioni de' Vescovi, e Regolari, e del Concilio, leggi, statuti, riforme, regole, usi, stili, consuetudini, specialmente di detta basilica, ed ogn' altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e supplendo Noi, e pienamente sanando, e validando colla Nostra suprema podestà qualunque vizio, e difetto, quantunque sostanziale, e formale, che, a norma eziandio del dritto canonico, fosse potuto intervenire nella riferita capitolare risoluzione, ed in ogni altra cosa premessa, per questa volta

soltamente, ed all' effetto suddetto ampiamente, e pienamente deroghiamo, Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 30 gennaio 1779.

PIUS PP. VI.

CXCIII.

Erectio domus, seu reclusorii in quo claudendi sunt qui vagando otiosam vitam ducunt in oppido Hispelli.

Dat. die 3 februarii 1779 Anno IV.

Pius papa VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **E**x pastoralis officii Nobis licet immeritis divina dispensatione commissi debito, ea non solum, quæ Christianorum animarum salutem respiciunt, sollicitè curare tenemur, sed interdum etiam ea, quæ ad illorum temporalem utilitatem pertinent apostolicæ Nosræ auctoritatis partes desiderari minime patimur, eoque alacrius, si quies, et tranquillitas eorum, qui temporali Ecclesiæ Romanæ dominio subditi sunt, id exigant.

Proemium.

§. 2. Cum itaque sicut Nos nuper accepimus, in oppido Nostro Hispelli diocesis Fulginatensis admodum excreverit numerus adolescentium, qui licet in florenti ætate constituti, inertia tamen, ac socordia pleni vitam nedum otiosam, sed etiam effrænam, et improbam ducunt; iisque præterea plures accedant mulieres, quæ suis impiis, ac libidinosi modis morosiores etiam decipiunt, ut non sine bonorum omnium effusione publica tranquillitas, et honestas perturbetur.

Memoratur quomodo in oppido Hispelli excreverit numerus adolescentium otiosorum.

§. 3. Hinc, ut iis malis opportunum remedium adhibeatur, et quorumcumque otiose vivere eligentium desideria occurratur, ac mulierum libido coerceatur, et quieti insimul, et honestati ejusdem oppidi consulatur; motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in eodem oppido domum, in qua tam adolescentes, ac mulieres otiose, ac libidinosè viventes claudendi, et custodiendi sint, ad hoc, ut in earum artium exercitationibus, quæ juxta cojusque idoneitatem magis aptæ, atque congruentes com-

Erectio reclusorii

periantur, suas operas impendant, perpetuo erigimus, et constituimus, et pro ejus reclusorii, seu domus correctionis sic a Nobis erectæ, et constitutæ felici, ac prospero regimine, et gubernio leges in sequentibus capitulis contentas præscribimus, atque statuimus, quorum tenor est, qui sequitur videlicet.

De reclusorii
protectore

§. 4. I.^o Che monsignor tesoriere generale di Roma pro tempore debba essere il protettore immediato di questo nuovo stabilimento, come incaricato specialmente da Nostro signore ad invigilare, che l'esecuzione sia diretta a quello scopo di vero ben pubblico, a cui tendono le sue paterne mire.

De reclusorii
præfectura.

§. 5. II.^o Che la soprintendenza di tutti gli affari di questa casa di correzione debba assumersi da una congregazione particolare, che si comporrà da dodici individui della terra di Spello da deputarsi, ed eleggersi, cioè; tre dalla comunità, o suo generale consiglio, tre per ogni collegiata, cioè di s. Maria, e di s. Lorenzo, ed altri tre dalla venerabil compagnia dell'Unione, e questi, eletti che saranno, sia in libertà delli di loro rispettivi consiglio, capitoli, e congregazione rimuovere, e surrogare altri a di loro beneplacito.

De congrega-
tionibus quali-
bet anno ha-
bendis.

§. 6. III. Che tutti gli soggetti come sopra deputati, e componenti l'intera congregazione debbano il dì primo gennaio di ogni anno congregarsi nella sagristia della ven. chiesa del Buon Gesu, le di cui case dovranno destinarsi per casa di correzione, come in appresso, ed ivi eleggere fra di loro un priore, un rettore, e tre deputati, li quali formino una più ristretta congregazione, e consulta, da cui debbano risolversi, e decidersi tutti gli affari di tal luogo pio.

De congrega-
tionis præle-
cto, et cura
eidem commis-
sa.

§. 7. IV. Che il capo presidente di di detta congregazione debba essere il priore eletto; e che il rettore sia obbligato ad eseguire tutti quelli regolamenti, e provvedimenti che saranno fissati da detta più ristretta congregazione.

De præminen-
tia episcopi in
spiritualibus.

§. 8. V. Che in quanto al morale, e tutto ciò, che riguarda lo spirituale di detto luogo pio debba appartenere la cura al vescovo diocesano in conformità della disposizione del sagra concilio di Trento ai cap. 8. 9. della sess. 22. de reformat. senza che si rechi alcun pregiudizio alli proprj parrochi per li di loro diritti parrocchiali sopra le persone che si riteranno in correzione.

De majoritate
servanda in
deliberationi-
bus congrega-
tionis.

§. 9. VI. Che ne casi di differenza di sentimento fra li cinque soggetti componenti detta seconda congregazio-

ne debba eseguirsi quello, che avrà la pluralità de' voti; ma qualora si tratti la risoluzione di molta importanza, e che due di questi siano contrarj alla risoluzione, che gli altri tre vogliono prendere, in tal caso il priore debba fare adunare la piena congregazione per farla passare a partito, e che in tal caso la proposizione non debba intendersi approvata per l'esecuzione se non quando sarà vinta con due terzi di voti favorevoli.

§. 10. VII. Che il tribunale di Spello debba dare manoforte alla predetta deputazione per far catturare quelli discoli, e femmine di mala vita paesane, che la stessa deputazione dopo aver preso le opportune informazioni crederà di dover far rinserrare in detta casa.

De brachio sa-
culari præstan-
do pro reclu-
sione nequa-
rum.

§. 11. VIII. Che la detta casa di correzione sia tenuta ricevere anche quelli ragazzi, e femmine pericolanti paesane che da i loro parenti vorraono castigarsi per giusti motivi, dei quali la deputazione dovrà riscontrare la verità, e sussistenza con un diligente esame, ed inquisizione per prevenire, ed impedire, che non vi sia rinchiuso per secondo fine d'odio, o d'interesse.

De recipiendis
oblatiis a pa-
rentibus, et
examine su-
mendo super
veritate recur-
sum.

§. 12. IX. Che i parenti di tali ragazzi, e femmine che vi si rinchiuderanno, siano tenuti passare alla medesima casa di correzione un mezzo paolo il giorno per ogni discolo, o femmina come sopra, per tutto il tempo, che vi si terrà, e che per parenti di essi s'intendano il padre, la madre; ed in mancanza di questi i fratelli, e cugini, fino al terzo grado inclusivamente, affinchè ognuno abbia qualche stimolo d'invigilare alla buona condotta de' suoi consanguinei.

De pensione
solvenda a pa-
rentibus, aliis-
que consanguineis
in subsidium.

§. 13. X. Che sia in arbitrio della deputazione il rilasciare in libertà quei discoli, e femmine, che vi fossero stati rinchiusi, allorchè avranno dato saggio, e sicuro indizio del loro pentimento, ed emenda; dovendo esser cura della medesima deputazione di non lasciare uscire alcuno, se prima i parenti più prossimi non si saranno obbligati a rispondere della sua buona condotta in avvenire, e la medesima deputazione non abbia trovato il modo d'impiegarlo utilmente, e di assicurarsi alla meglio della sua miglior condotta.

De dimittendis
resipiscentibus

§. 14. XI. Che la deputazione, e rettore di detta casa debba procurare ogni mezzo, affinchè dalli forzati, per quanto è possibile si guadagni col loro lavoro tanto da poter supplire alla spesa del loro scarso vitto, e vestito.

De operibus
præstandis ab
eis qui reci-
piuntur.

De redditione rationis præstanda.

§. 15. XII. Che in fine dell' anno il rettore debba presentare alla deputazione il libro dell'introito, ed esito avuto nell' anno della sua amministrazione per rilevare il vero stato attivo, e passivo del luogo pio, e riportarne il conveniente sindacato, e saldo.

De domibus occupandis pro erigendo reclusorio.

§. 16. XIII. Che si apra, e stabilisca la casa di correzione nelle case appartenenti alla ven. compagnia dell'Unione poste dentro Spello nel terziere di porta Chiusa, e contrada il Buon Gesù, le quali peraltro debbano sempre rimanere in proprietà, e diretto dominio di detta compagnia, a cui ora appartengono, e facendovisi qualche altro acquisto di case confinanti allora quando lo richiede il bisogno, restino dette nuove case in proprietà, e diretto dominio della comunità, e di quelli luoghi pii, che contribuiranno per le di loro compre, senza che mai peraltro possino divertirsi in altro uso, che per detta casa di correzione.

Descriptio assignamentorum.

§. 17. XIV. Che per stabilire, e mantenere detta casa di correzione, gli si facciano li seguenti assegnamenti, cioè

De primis expensis retrahendis a monte Pietatis.

§. 18. XV. Che si prendano dal sagro monte della Pietà di Spello scudi cinquanta per impiegarli nelle prime spese, che occorreranno per risarcire dette case, farvi le dovute riparazioni per l'abitazione da destinarsi agli uomini, e per l'altra alle donne, e per fare tutt' altro, che richiederà il bisogno.

De annuo stipendio solvendo a communitate.

§. 19. XVI. Che la comunità debba ogni anno somministrare alla detta pia casa scudi dodici moneta, e resti esente dall' obbligo, e pia consuetudine avuta in passato di far dispensare a poveri il pane nel giorno della domenica delle Palme, o il denaro in luogo di questo, mentre soleva impiegarvi ordinariamente una consimil somma, ed altresì in caso di bisogno solamente un rubbio di grano del suo monte frumentario.

Desubministrationibus faciendis a locis piis.

§. 20. XVII. Che debbano similmente contribuire ogni anno in grano detta compagnia dell'Unione rubbia cinque, la collegiata di s. Maria coppe quattro, la collegiata di s. Lorenzo coppe tre, la compagnia della B.V.M. Incoronata coppe quattro, la prepositura Mancini coppe quattro, il rettore della ven. cappella della s^{ma} Annunziata in detta collegiata di santa Maria coppe due, la compagnia della Madonna di Prato coppe cinque, la congregazione dell' oratorio di s. Filippo Neri coppe due, ed il monastero di Vallegloria

coppe quattro, che in diversi tempi dell' anno solevano panizzare, e dispensare a poveri, o in virtù di legato, o di pia, ed antica consuetudine, restano peraltro esenti dal peso, ed obbligo di più panizzarli, derogando in questa parte ad ogni disposizione testamentaria, o obbligazione in qualunque modo assunta.

§. 21. XVIII. Che nelli primi anni possa la deputazione valersi anche di detto denaro, e grano per le ulteriori spese, che occorressero per il risarcimento di dette case, o per la compra di alcun' altra contigua, riconoscendola necessaria, allorchè non vi fosse altra persona da mettersi in correzione, oppure il numero fosse sì scarso, che vi si avesse qualche sopravanzo.

§. 22. XIX. Che siano proibite onninamente nella terra di Spello tutte le questue di ogni sorta sì paesane, che forastiere, alla riserva di quella della nuova casa di correzione, delli conventi de' padri Cappuccini, e Mendicanti, e di quelle, che sono state solite farsi in onore della b^{ma} Vergine Incoronata, ed in suffragio delle anime sante del purgatorio, altrimenti tanto contro li questuanti, quanto contro quelli, che gli faranno l' elemosina si possa procedere alle pene, in quanto alli primi della perdita delle robbe questuate, ed in quanto alli secondi di uno scudo per ciascuno, e ciascuna volta, da applicarsi in beneficio di detta pia casa; ed affinché in tale proibizione non restino compresi i veri poveri miserabili, che vanno ad accattare per vivere, si dia la facoltà alla deputazione di consegnare a tali poveri una tavoletta colla impronta di s. Rocco, o altro santo, la qual tavoletta non si distribuirà se non a veri poveri dopo un maturo esame; e chiunque anderà a domandar l' elemosina senza esser munito di simile segnale possa catturarsi, rinchiudersi in detta casa di correzione, e forzarsi a lavorare utilmente.

§. 23. XX. Che crescendo il numero delle persone da ritenersi in correzione, e non essendo sufficiente per il di loro mantenimento, e di quelle altre, che dovranno destinarsi per la correzione suddetta, l' assegnamento, come sopra fatto, abbia la medesima deputazione per detto effetto la facoltà di mandar questuando per la terra, e suo territorio, ed altresì confidandosi nello zelo, e pietà delli soggetti incaricati della esecuzione del presente piano, che essi vorranno darsi tutte le premure

De extraordinaria pecuniarie eregatione in primis annis.

De prohibitione, et respectiva concessione juris quæ stant faciendi in territorio.

Ampliatio privilegii.

maggiori per la felice riuscita di un così salutare, e necessario stabilimento, si accordi la facoltà alla predetta deputazione di umiliare alla Beatitudine sua per il canale del prelodato monsignor tesoriere generale quelle ulteriori proposizioni, e provvedimenti, che crederanno opportuni per fare ogni maggior bene.

Spello questo dì 31 agosto 1778.

Io canonico d. Leandro Poccetti deputato per l'insigne collegiata di s. Maria maggiore approvo il suddetto piano mano propria.

Io canonico Biagio Castellani deputato per l'insigne collegiata chiesa di s. Lorenzo approvo il suddetto piano mano propria.

Io Bartolomeo Zampetti Salvucci deputato comunitativo approvo il suddetto piano mano propria.

Io Pietro Bocci deputato comunitativo approvo il suddetto piano mano propria.

Confirmatio
apostolica con-
stitutionum.

§. 24. Præinsertas igitur leges, et ordinationes a Nobis pro recto, ac felici gubernio, et prospera directione reclusorii, seu domus prædictæ præscriptas, et constitutas, aliæque in eisdem capitulis pro illius conservatione, et mantentione contenta, et expressa ab omnibus, et quibuscumque cujusvis status, gradus, et conditionis, ac dignitatis existant, semper, et perpetuo observandas, et exequendas esse, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus statuimus, et mandamus.

Clausula salu-
tares.

§. 25. Decernentes easdem præsentis literas, et omnia in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, eisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, aut auditi fuerint, seu ex alia quavis causa, colore, ac prætextu ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aliove quolibet etiam magno, et substantiali defectu notari, impugnari, et in controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari debere.

Decretum irri-
tans.

§. 26. Sicque, et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam caesarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debe-

re; ac irritum; et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-
trariorum.

§. 27. Non obstantibus præmissis, ac quorumcumque testatorum, fundatorum, et piorum largitorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, et quatenus opus sit Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio et expressio habeunda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso exprimerentur, et insererentur, iisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, et expresse, hac vice dumtaxat derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono, pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIV.

Dat. die
6. februarii
1779.
Anno IV.

Confirmantur decreta, et stabilimenta a card. Calcagnino episcopo Auximano ad sedanda dissidia inter moniales ordinis Visitationis B. M. V. I. terræ Offanæ Auximane diœcesis, et nonnulla loca pia ejusdem terræ condita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Pastoralis officii Nobis licet immeritis divina dispositione commissi curam exercere satagentes, ea, quæ ad æqualitatem, pacem, et tranquillitatem inter personas præsertim divinis obsequiis sub suavi religionis jugo mancipatas firmandam, conservandamque provide, ac prudenter disposita, et statuta esse noscuntur, apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti animo roboramus.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectarum in Christo filiarum monialium ordinis Visitationis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ monasterii terræ Offanæ Auximane diœcesis expositum est, quod dilectus filius Noster Guido Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Calcagnini nuncupatus apostolica dispensatione episcopus Auximanus utens facultatibus alias ei per Nostras literas in simili forma Brevis die xix. octobris MDCCLXXVII. expeditas, Nostrumque rescriptum die xxvii. junii anno MDCCLXXVIII. signatum concessis ad sedanda plura dissidia, quæ inter dictum monasterium, et alia loca pia terræ Offanæ prædictæ erant exorta, nonnulla decreta, ac stabilimenta constituit, tenoris, qui sequitur.

§. 3. Utendo facultatibus Nobis tributis a ssmo domino nostro Pio pp. VI. vigore Brevis apostolici die xxiv. octobris MDCCLXXVII, ac alterius rescripti die xxvii. junii anno MDCCLXXVIII., visis soleis rationum Nobis exhibitis pro parte venerabilium societatum ssmi Sacramenti, Rosarii, et Mortis, et conservatorum Montis Pietatis terræ Offanæ, aliisque pro parte monasterii, et monialium ordinis a Visitatione beatæ Mariæ virginis ejusdem terræ, visis constitutionibus, et regulis dicti ordinis a sancta Sede specialiter approbatis, auctoritate apostolica Nobis delegata, ac alias omni etc. decernimus, et declaramus, pro compensatione fundorum, seu

stabilium a supradictis locis piis monasterio, et monialibus præfati ordinis concessorum, idem monasterium, et moniales teneri, et obligatas esse nominare, simulque in monasterio tres puellas Offanienses recipere, exclusis semper exteris, illisque in eadem terra non natis, absque ulla dotis, ac alimentorum solutione pro annis experimenti, et novitiatus, sed cum medietate tantum soliti acconci eas acceptare in qualitate sive choristæ, vel associatæ, seu domesticæ, juxta illarum habitudinem, et opportunitatem, incipiendo hujuscemodi nominandi obligationem tres post menses a die mortis, sive discessus quatuor primarum monialium, originem prælaudato monasterio præbentium, et modo cum fundorum redditibus viventium, seu stabilium, ut supra, relictorum, ita tamen, ut moriente secunda fundatrice, prima puella Offaniensis a præfato monasterio nominanda sit, et vivis tertia abrepta, secunda ejusdem terræ puella sit eligenda, et quarta demum ex illis e medio ablata, tertia pariter Offaniensis puella sit vocanda, in quarum deficientia substituantur aliæ cum iisdem exemptionibus, et privilegiis a Nobis desuper concessis.

Pro autem compensatione confraternitati ssmi Sacramenti tribuenda, cujus reservatio per Nos capta fuit in altero decreto die xii. novembris MDCCLXXVII, eam nunc declarante, concedimus eidem, et gratis pro indiviso elargimur usum, proprietatem, dominium, et possessionem medietatis ecclesiæ, et sacristiæ societatis Mortis dictæ terræ Offanæ ultra omnes suppellectiles, cæterasque argenteas res ecclesiæ sanctissimi Sacramenti jam habitas, atque receptas. Ulterius etsi redditus cujuscunque confraternitatis, et loci pii tam de præterito, quam in futurum superextantes in aliis usibus, et operibus piis Nobis magis benevisis applicandi, et disponendi, apostolica sit tributa facultas, attamen pro pariter compensatione concedimus eidem confraternitati sanctissimi Sacramenti reliquos reddituum præsentis, et futuros, qui tamen necessarii erunt, ad effectum eos erogandi in constructione, et ampliatione dictæ sacristiæ, ut supra, elargitæ, reservatæ Nobis in reliquis semper, et quandoquaque plena, et ampla auctoritate, et potestatis plenitudine a sanctissimo Domino Nostro in præcitato Brevis impertita, in posterum statuendi quoad unionem confraternitatum sanctissimi Sacramenti, et Mortis, sive æque principaliter, sive

Proemium

Expositio pro-
cum porrecta-
rum.

Tenor decreti
editi ab episco-
po Auximano.

subjective, sive etiam extinctive faciendam; prout magis in Domino iudicaverimus. Pro omnimoda demum compensatione, præcipimus; atque mandamus; monasterium, ac moniales prædictas teneri, et obligatas fore, et esse pro una vice tantum, et non alias etc. gratis duas alias Offanenses puellas recipere, ab eodem monasterio infra tres menses nominandas a die datæ præsentis decreti computandos; unam scilicet in qualitate choristæ, et domesticæ alteram, et quatenus primæ inhabiles reperirentur, unam, sive alias duas recipere, donec illæ ad emittendam in dicto monasterio professionem perveniant.

Tandem cupientes, quantum cum Domino possumus, perpetuam pacem, et quietem firmiter constituere, ac providere, ne successive perturbationes, et lites oriantur inter monasterium, ut supra, et confraternitates, locaque piæ terræ Offanæ; et ne utilitas ejusdem terræ perpetuo fraudata remaneat, et ut pauperum familiarum puellæ divino servitio se dicare semper possint, et valeant, auctoritate apostolica nobis, ut supra, delegata, statuimus, præcipimus, atque mandamus, primas tres nominationes a prælaudato monasterio emittendas favore puellarum Offanensium causa, et intuitu largitionum a locis piis, et confraternitatibus jam in erectione factarum, perpetuas esse debere, prout pariter eadem perpetua fundorum, seu stabilium possessione idem monasterium frui debere, a confraternitatibus; locisque piis vigore cujuscumque instrumenti relictorum, auferentes ex eis quamcumque conditionem, et cautelam ea repetendi appositam, illamque, seu illas irritas, ac inanes declarantes, et non alias etc., ac super præmissis omnibus perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adijcientes, omnes juris, et facti defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, suppletentes, et sanantes; mandantes eisdem confraternitatibus, locisque piis, ut compensatio hujusmodi a nobis, ut supra, tributa, ab eis nullo unquam prætextu, causa, et colore, ac juris remedio, etiam enormis, ac enormissimæ læsionis impugnari, retractari, aut in controversiam revocari possint, sed semper, ac perpetuo inviolabiliter ab omnibus nunc, et pro tempore existentibus confratribus, cæterisque, ad quos nunc spectat, et quomodolibet in futurum spectabit, observari omnino debeat, contrariis quibuscumque non obstantibus, et ita etc., omni etc. Datum Auximi in palatio no-

stro episcopali hac die xiv. januarii MDCCLXXIX.

G. card. Calcagnini episcopus
Auximanus, et Gungulanus
delegatus apostolicus.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, stabilimenta, ac decreta hujusmodi, quo firmiter subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum remissionis absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus earum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta decreta, seu stabilimenta a dilecto filio Nostro Guidone Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Calcagnini nuncupato dispensatione apostolica episcopo Auximano in vim prædictarum facultatum facta, ac constituta auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium approbamus, confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in dicto decreto intervenerint, suppletimus, et sanamus.

§. 5. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non earumdem monialium, vel aliorum locorum piorum terræ Offanæ prædictæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis

Confirmatio
apostolica præ
laudati decreti

Clausula subla
ta, et decre
tum irritans.

Derogatio con
trariorum.

apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vi. februarii MDCCLXXIX. pontificatus Nostri anno quarto.

CXCIV.

Dat. die
9 februarii
1779
Anno XV.

Indultum vescendi carnibus in diebus sabbatis regnis Castellæ, Legionis, et Indiarum regi catholico subjectarum alias concessum extenditur ad regna coronæ Aragoniæ, et partis Navarræ.

Venerabilibus fratribus antistibus regnam coronæ Aragoniæ, et partis Navarræ carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum regi catholico subjectorum.

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**x paternæ charitatis officio, quæ Christifideles omnes in Domino complectimur, in supremo pastoralis muneris fastigio, quamquam immerito collocati, licet ea omnia sollicitè curare teneamur, quæ catholicæ fidei propagationem, ecclesiasticæ disciplinæ observationem, animarumque salutem respiciunt, nihilominus cum quædam sint, quæ nulla queunt ratione convelli; multa vero, quæ aut pro temporum opportunitate, aut etiam pro rerum necessitate oporteat temperari, quoad integrum Nobis fuit, ad ea avertenda, si quæ essent, quæ illarum in via Domini progressum retardare possent, supremam

Bull. Rom. Tom. VI.

Nostram apostolicam auctoritatem iugiter interponere, prædecessorum Nostrorum exemplo consuevimus.

§. 2. Sane nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici expositum est, quod alias felicis recordationis Benedictus pp. XIV sapientissimus prædecessor Noster per suas literas in simili forma Brevis die ix. decembris MDCCLXXII expeditas claræ memoriæ Philippi, dum viveret, Hispaniarum regis catholici sibi porrectis precibus annuendo ad tollendum abusum, qui ex asserta quadam consuetudine in regnis dumtaxat Castellæ, Legionis, et Indiarum eidem Philippo regi tunc subjectarum viginti in diebus sabbati carnes animalium, quæ in lanjena, seu taberna macellaria venduntur, nempe capita, colla, viscera, et pedes comedendi, ut omnes promiscue carnes comederentur, irrepsit, omnibus debitæ considerationis trutinâ perpensis indulgit, ut omnes Christifideles in regnis prædictis dumtaxat habitantes in diebus sabbati, extra tamen quadragesimam, exceptisque quatuor anni temporibus, aliisque quibus vigiliæ cum jejuniis occurrerent, carnibus animalium dumtaxat quadrupedum, non autem carnibus suillis, gallinis, et pullis, etiam africanis, et indicis, pipionibus, cæterisque avibus, et volucribus vesci libere, ac licite possent.

§. 3. Ex dispensatione autem huiusmodi illud incommodi postmodum evenisse deprehensum est, ut illi, qui Deum timerent, in maximas angustias, ac dubietates ob difficultatem discernendi animalium partes, quarum esus permittebatur, adducerentur, cæteri vero, qui parum aut nihil de ecclesiastica disciplina essent solliciti, ipsam injuriose, et non sine illorum animarum pernicie contemnerent; quocirca memoratus Benedictus prædecessor Noster novis precibus nomine prædicti Philippi regis catholici sibi oblatis, ut Christifidelium timorosæ conscientiæ quieti consuleret, intercluderetque aditus plurimis scandalis, quæ exinde iugiter oriebantur, prævio maturo incommodorum huiusmodi examine, omnibusque perpensis rerum circumstantiis, tandem eidem Philippo, ut in prædictis regnis Castellæ, Legionis, et Indiarum in diebus sabbati simplicibus, extra nempe quadragesimam, aliasque sabbati dies, in quibus aliud jejuniis præciperetur, carnes omnes absque ullo discrimine comederentur, indulgit, atque concessit, ut in literis in

Tenor indulti
concessi a Be-
nedito XIV.

Incomoda quæ
ab indulto pro-
manant, ip-
siusque indulti
ampliatio.

notarii anni MDCCXLV expeditis uberiorius continetur.

Ratio prorogandi indulgentiam ad alias regni partes.

§. 4. Verum sicut eadem expositio subijungebat, quod regnorum coronæ Aragoniæ, et Navarræ eidem Karolo subjectæ limites cum illis regnorum Castellæ, et Legionis non sint adeo distincti, ut facile definiri posset, qui inter incolas limitrophos indulto prædicto frui debeant, cumque continenter, ac quotidie uni ad aliud limitantur regnum migrent, unde vel piorum hominum conscientia semper sit in ancipiti, vel debita carniū abstinentia prorsus negligatur; immo cum ea piscium salitorum, ac ciborum, quibus in quadragesima, aliisque diebus, in quibus jejunium præcipitur, regulares, et populus vesci solent, penuria, ac difficultas, quia in Hispaniarum regnis in universum laboratur in regnis coronæ Aragoniæ, et partis Navarræ prædictæ ob fluminum, ac lacuum paucitatem inualescat; hinc memoratus Karolus rex catholicus pro sua religione suorum subditorum conscientiæ, quieti, et tranquillitati consulere exoptans, Nobis supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor prorogationis.

§. 6. Nos igitur, qui memorati Benedicti tanti prædecessoris Nostri vestigia sectare studemus, ac bono, et uti-

litati animarum Christifidelium omnium, ut in Nobis est, prospicere non omitimus, et piis ejusdem Karoli regis catholici votis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus memorati Karoli regis nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, per præsentis fraternitatis vestris committimus, et mandamus, ut omnibus Christifidelibus curis vestris commissis per dies sabbati, quibus tamen neque abstinentia consueta quadragesiæ, neque aliud jejunium præcipitur, quibuslibet animalium partibus vesci permittatis, injungentes, et exhortantes omnibus, et singulis, quibus indulgentia hujusmodi permittitur, ut eam aliis christianæ pietatis operibus compensare satagent.

§. 6. Nob obstantibus quibuscumque in contrarium præmissorum facientibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub antulo piscatoris die nona februarii millesimo septingentesimo septuagesimo nono pontificatus Nostri anno quarto.

Derogatio contrariariorum.

